



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Digitized by Google

A S T R O L O G I A

Theologizans,

HOC EST:

**QVOD EXTER-
NVS HOMO CVM
OMNIBVS OPERIBVS, QVAN-
tumuis lumine naturæ in omniscientia-
rum genere splendidus, deponi,
abnegari & plane-
emtori;**

**I N T E R N V S AVTEM PER
LVMEN GRATIAE ASSVMI, CONFES-
sione & vita pradicari, & solo Deo ad regni
coelestis hereditatem capiendam
vivere debet.**

**THEOSOPHO QVODAM ANONY-
MO AVTORE,**



**F R A N C O F V R T I,
Typis ac sumptibus Ioannis Bringeri,
M. D C. X V I I.**

Аллаху Акбар
Аллаху Акбар
Аллаху Акбар
АЛЛАХУ АКБАР
МУСЛІМ (Ім'я)
МАУЗ (захоронення)
— відома місцем поховання, є це
— засновник мусульманської релігії
— засновник ісламу

ЯЗІДІВАТ (Ім'я)
ЯЗІДІВАТ (Ім'я)
Ім'я — засновник мусульманської релігії
Ім'я — засновник ісламу

ІМ'Я (Ім'я)
ІМ'Я (Ім'я)



ІМ'Я (Ім'я)
ІМ'Я (Ім'я)
ІМ'Я (Ім'я)

ELENCUS CAPITVM.

- 1 Quid sit Astrologia, & quid Theologia, quomodo ad inuicem conseruntur.
- 2 De Subiecto Astrologiae.
- 3 De tribus partibus hominis, Spiritu, anima, corpore.
- 4 De compositione Microcosmi ex Macrocosmo.
- 5 Ab interno cælo omnia produci, moueri, regi, agitari, que cunque homines in terra agant.
- 6 De dupli firmamento ac sydere in unoquoque homine, & quod beneficio regenerationis in exercitatione sabbathi homo ex natura deteriori in meliorem possit transponi.
- 7 De distributione totius Astrologie.

A 2 glæ

4

gia in septē gubernatores mun-
di , eorumque operationes &
officia , tam in Macrocosmo quā
in Microcosmo .

- 8 De Astrologia & qualis ea sit , &
quomodo debeat theologizari .
- 9 Declaratio specifica quemadmo-
dum Astrologia & in homine de-
beat , ex possit theologizari .

4

ASTRO.

ASTROLOGIA

THEOLOGIZATA.

CAPVT I.

Quid sit Astrologia, quid Theologia, & quomodo ad unum conferuntur.



Astrologia est ipsa Philosophia, vel est totum lumen Naturæ, ex quo oritur uniuersa sapientia Naturæ, siue rerum naturæ, solidæ & syncera & exquisita cognitio, quod lumen Naturæ duplex est, exterum & internum: Externum in Macrocosmo, Internum in Microcosmo. Vel Astrologia est aptissima scientia boni & mali, quæ est & dominatur in rebus naturæ subiectis. Quæ scientia in homine vigens, nisi à Theologia, id est, à sapientia diuina regitur ac gubernatur tanquam famula à sua Domina, est viciosa. Et per ipsius

A. 2

Spec.

Astrologia

speciosam apparentiam, & concupis-
cibilem iucunditatem homo seipsum
seducit & quasi de arbore vetita co-
medendo, aut cum creaturis scortan-
do animam suam mercenariam facit
babyloniam, sedentem super besti-
am habente septem capita & decem
cornua, & morte aeternam sibi suaui-
ter, a se ipso deceptus adsciscit. Theo-
logia vero est totum lumen gratiae, ex
Spiritu sancto, de supernis effusum,
homini contingens, quod est vniuer-
sa sapientia regni cœlestis rerum Di-
uinorum ac supernaturalium salutife-
ra cognitio, castificans & expurgans
animam ab omni iniquinamento pec-
cati, in corpore mortali habitantis,
cuilis respectu illa naturalis sapientia
tantum vimbra est, quæ deleto & re-
moto mundo; simul delebitur, & re-
mouebitur, & sola Theologia regna-
bit.

Astrologia sic dicitur, quod ex astris orietur, sicut Theologia quod ex Deo fluat.

Astrologia vivere est, cum suaui
concupiscentia comedere de arbo-
re se i-

rescientia boni & mali: & acquirere sibi mortem.

Theologia viuere est comedere de ligno & arbore vita per intimam sui abnegationem, atque inde acquirere sibi salutem & vitam.

Lumen Naturæ in Astrologia cum suis incitatiis fructibus est instrumentum probatorium, quo homo, in medium icilicet inter Deum & creaturam positus probatur, quos sum voluntatem suam liberam suumque desiderium, amorem atque appetitum velit dirigere, aut conuertere. Num ad Deum creatorem suum diligendo cum super omnia, ex toto corde suo, ex tota mente sua, ex tota anima sua, & ex totis viribus suis, id, quod esset vita theologica. An vero postposito Deo reflecti ad seipsum & ad creaturam per amorem sui & arrogantium bonorum acceptorum, id, quod esset vita astrologica, aut scortatio babylonica, ut ex sequentibus patebit. Astrologia possidet animam nostram cum corpore externo, in qua anima lumen naturæ habitat, & lucet, in aliis excellenter,

A

lenter,

Astrologia

center, in aliis minus. Continet autem
in se duo: 1. Omnia genera scientia-
rum, artium, linguarum, facultatum,
& studiorum naturalium, vires omnes
tam ingenii quam corporis, nec non
omnes negotiationes, occupationes,
actiones & labores hominum, quo-
quot eorum omnibus temporibus in-
vniuersa terra inter homines passim
reperiuntur, exercentur, & usurpan-
tur, tam vetera, quam recentia, tam
crassa quam subtilia, tam in bonos
quam in malos usus seruientia.

Deinde sub Astrologiam referun-
tur omnes ordines, status, & gradus
hominum, discrimina personarum,
dignitatum, muniorum, & officiorum,
& omne genus vitae, tam ab ipso Deo
naturaliter ordinatum, quam ab in-
genio humano excogitatum & in-
uentum per totum mundum à sum-
mo ac dignissimo, usque ad infimum,
ac sordidissimum. Omnia hæc sunt
fructus astrorum & ex Astrologia ori-
ginem suam habent, ac pertinent ad
corpus, & ad animam, esseq; possunt
tam bona quam mala, secundum di-
uersa

uersa vtentium & abutentium placi-
ta. Theologia vero possidet spiritum
nostrum, quem habemus ex Deo, qui
solus est Theologus, hoc est, sermo
Dei, spiraculum Dei, verbum in tem-
plo cordis nostri existens, ac habitas,
ex quo solo, iuxta sacras literas, haurie-
enda est vera Theologia, hoc est, Dei
rerum diuinarum cœlestium & super-
naturalium cognitio, ex illuminatione
ne ipsius Spiritus sancti habitantis.
riunda ab intra, secundum cuius-mu-
tum, voluntatem & mandatum omnes
nostræ scientias, industrias, labores
& vitæ genera, ex lumine naturæ in-
uenta & desumpta in terris instrumentis
dirigere & absoluere debebamus: ita
ut quicquid cogitaremus, diceremus;
& faceremus in mundo in omnibus
statibus, scientiis & laboribus, id omne
ex voluntate Dei procedere, & quasi
per ipsum Deum in nobis tanquam
idoneis suis instrumentis fieri ac gu-
bernari videretur.

Omne enim donum astrologicum
ex lumine naturæ proueniens, à spiri-
tu theologico in nobis habitante, do-

A s

bet

bet regi, & voluntati Diuinæ subiecti,
vt ita fiat voluntas Domini sicut in
cœlo & in terra. Omnis enim sapien-
tia est à Domino tam naturalis quam
supernaturalis. Astrologia est scien-
tia colendi & perlustrandi terram, a-
grum, hortum, paradisum, inferiorē
terrestrem, ex quo deflumptus & fa-
ctus est homo, quo ad corpus & ani-
mam, cuius laboribus siue culturæ sex
dies definiti sunt & ordinati. Cæterū
quia hæc scientia per se non confert
saludem & beatitudinem æternam,
sed saltem ad præsentem vitam per-
tinet, necesse est, vt addatur Theolo-
gia domina ac Magistra omnium sci-
entiarum ac artium. Quæ cum sit sa-
pientia de supernis, in se habet scien-
tiam colendi & perlustrandi terram,
agrum, hortum, paradisum superio-
rem cœlestem, ex quo etiam in se ha-
bet, ad cuius culturam solus dies se-
ptimus, qui est septimus, qui est dies
sabbathi, deputatus est.

Ita enim inter Deum & hominem
ab æterno comparatum est, vt homo
sit Deus, & Deus homo, neuter sine
altero,

altero, hoc est, sicut ipse Deus est pars
radifusus hortus, tabernaculum, man-
sio, domus, templum, & Hierusalem
hominis, ita etiam in eundem similitudinem
homo creatus est, ut paradisus, hor-
tus, tabernaculum, mansio, domus
templum & Hierusalem Dei sit: ut per
hanc mutuam unionem & amicitiam
Dei cum homine, & hominis cum
Deo, omnis sapientia, potentia, virtus
& gloria aeternaliter in Deo abscon-
dita, aperiretur & multiplicaretur.
Omnia enim Deus semel fecit pro-
pter hominem, hominem vero pro-
pter seipsum.

Cap. II.

De Subiecto Astrologie.

STUDIUM ASTROLOGIE seu Philoso-
phie versatur circa uniuersalem
cognitionem omnium magnarum
& arcanorum Dei, rebus naturalibus
in prima creatione de supernis insu-
fforum & inditorum. Exercitium igit
luminis naturae est sagacissima per-
scrutatio atque enucleatio virtutum
abs-

abstrusarum, internarum, & inuisibili-
um in rebus externis, corporalibus &
visibilibus latentium, nimirum quæ
magni huius mundi fuerit materia
prima ex qua factus est: Quid sint E-
lementa, & ea, quæ ex elementis na-
scuntur, & in aliis consistunt: qualis i-
psorum creatio, essentia, natura, pro-
prietas, & operatio, tam intus, quam
extra: Quid sit in astris cœli: Quæ eo-
rum operatio; quid in volatilib. quid
in piscibus, metallis, mineralibus, gé-
mis, quid sit in omni germinum & ve-
getabilium specie, quid in animalib.
bestiis, reptilibus, & in tota mundi
machina: Quæ nimirum sit illa massa,
vel limus, vel puluis, ex quo corpus ho-
minis primi formabatur, & unde ani-
mam suam acceperit, & quid sit illa; &
unde spiritum habeat, & quid sit ille,
atque ita omnem sapientiam & co-
gnitionem totius vniuersi, lumen na-
turæ vel Astrologia in se complecti-
tur, hoc est, hæc omnia habentur, &
addiscuntur in schola luminis na-
turæ, & referuntur ad Astrologiam, vel
potius sunt ipsa Astrologia.

Sub-

Subiectum igitur Astrologiae est duplex, scilicet Macrocosmus, & Microcosmus, hoc est, mundus maior & mundus minor. Mundus maior est ipsa hæc machina, domusque magna, sive tabernaculum hoc ingens, in quo omnes habitamus, & vivimus, & constat ex quatuor elementis, igne, aere, aqua, terra, & cœlo. Estque duplex, visibilis, secundum corpus, inuisibilis, secundum animam sive spiritum.

Mundus minor est homo, mundi majoris proles sive filius, ex toto mundo maiore extractus & compositus: qui etiam in se est duplex. Visibilis & exterius quo ad corpus. Inuisibilis & interius, quoad animam.

Et sicut homo non aliunde, sed ex mundo factus, ita etiam non aliorum, sed intra mundum est locatus, atque positus, ut in eo vivat, habitet ac ambulet, ita tamen, ut caueat sibi à serpente illo callido ne moriatur, hoc est, ut non seruiaet animæ mundi & creaturis vanitati subiectis, sed, ut sapiens dominetur astris, resistatque diabolo, tenetanti se per concupiscentiam carnis,

nis; oculorum & superbiam vitæ, & suppriuat naturam peccatricem, vi-
ueñs ac ambulans sicut sapientia & sim-
plicitate numinis Diuini, sibi innati,
non in calliditate serpentis perarro-
gantiam, & amorem su ipsius. Corri-
fissum autem est, ex quo quid nasci-
tur, & procreatur, ex eo etiam alimē-
ta essentiæ & naturæ suæ conuenien-
tiæ ad sustentationem sui querit, desi-
derat ac accipit. Iam homo ex Ma-
crocosmo est desumptus & composi-
tus, & in eundem locatus.

Ergo etiam necessario, ex Macro-
cosmo alitur, fogetur, cibatur, pota-
tur, vestitur, & sustentatur, iuxta illud
. Genes. 3. v. 9. Ex terra sumptus es, & ex
ea comedes herbas agri, donec reuer-
taris in terram, nam ex ea sumptus es.
Cum vero homo quo ad corpus, sic
ex elementis compositus, & quondam
nimam, ex astris, utraque pars cibatur
& sustentatur ex eo, de quo sumpta
est, cibis siue alimentum corporis, ex
quo corpus crescit usque ad debitam
staturam, prouenit homini ex ele-
mentis, terra, aqua, aere, & igne, non
quidem

quidem quod homo cruda elementorum corpora in cibum sibi sumat, sed fructus ex elementis nascentes illi sunt in nutrimentum, cibus vero animalium in corpore Microcosmi habitantis, sunt omnis generis scientiarum, artes, facultates & industriae, quibus eas se contingit, & ad perfectionem se perficit. Porro omne alimento transducatur in substantiam vestris & sit idem quod ipse est, quicquid homo comedit ac bibit, id ipsum essentialiter per digestionem Archai in ventriculo transmutatur in hominis substantiam, naturam & proprietatem, nec non formam. Cibus, inquam, transit & convertitur in naturam vescientis. & potius in substantiam bibentis, sique enim & idem cum ipso.

Ethaez primum de corpore intelligentur, nec mirum, quia ex ipso factus est homo, quo vescitur, & quod bibit. Ita etiam quicquid homo addiscit, studet, cognoscit, in rebus extra sepositis, ea cognitio & intelligentia trahit in ipsam hominis essentiam, naturam & proprietatem, & sit unum cum ipso.

Lumen

Lumen naturæ fit homo in hominie, & per hominem diligenter scrutantem, & homo fit lumen in lumine, & per lumen, & beneficio istius inuenit omnia, quæcumque querit & desiderat, alius tantum plus, aliis minus. Non a. omnes simili studio querunt. Omnis cognitio, sciētia, ars, industria, & facultas transit in naturā hominis, penetrat eū, occupat eū, possidet eū, tingeat eum, adglutinatur, vnitur cum eo, & perficitur in eo, & ipse in illo. Quocunque enim alimentorum genere homo utitur, & quicquid conturbatur studere, inquirere, cognoscere & intelligere, hoc non est ab essentia & natura alienū aut peregrinum. Quia quicquid est extra hominem, hoc est etiam intra ipsum, quoniam ex his omnibus factus est homo, quæ extra eū sunt, sed est ex tota rerum vniuersitate. Quicquid igitur ab extra adsumit, ex elementis & astris per cibum, potum, cognitionem, studium & intelligentiam, hoc idem est quod homo est, & sit idem cum homine. Sic homo comedens & bibens essentialiter vniatur cum

cum eo, quod comedit & bibit, & di-
scens ac cognoscens vnitur essentia-
liter cum eo, quod studet, discit & ex-
gnoſcit: quapropter certissima est
hęc regula. Omne quod est extra nos,
etiam est intra nos, quod hoc loco de
animā & corpore philosophantes sic
declaramus. Totus hic mundus vi-
bilis quoad corpus, inuisibilis quoad
animā suā, extra nos est. Ex hoc essen-
tialiter nos omnes in & cum hominibus
primo compositi sumus & creati, &
in continentem post creationem in illū
positi & locati. Et cum omnē deri-
uatum retineat essentiam, naturam,
proprietatemque suę originis, mani-
festum est, quod etiā Mactocosmūs
sit extra nos, tamē ille etiam intra nos
reuersus reperiatur. Mundus, inquā,
in nobis est, & nos sumus in illo, &
hoc tamen ita, vt ille etiam sit extra
nos, & nos extra illum; Non profecto
ullam aliunde habemus existentiam
sive originem, nisi ex eo quod est ex-
tra nos, & quod fuit ante nos, nec in
alio quopiam sumus, habitamus, am-
bulamus, ac vivimus; nisi in eo, ex quo

B. facti

facti sumus nec ex ullo alio cibum ac
potum tam pro corpore, quam pro a-
nima petimus & haurimus, nisi ex eo
in quod positi sumus, & quod posi-
tum est in nos.

Quoad Spiritum sumus ex Deo,
mouemur in Deo, viuimus in Deo, &
nutrimur ex Deo: hinc Deus est in no-
bis, & in Deo sumus. Deus posuit &
locauit se in nos, & nos positi & locati
sumus in Deum. Quoad animam su-
mus ex firmamento, seu astris, moue-
mur & viuimus in illo, & nutrimur ex
illo. Hinc firmamentum cum astrali-
cis suis virtutibus, & operationibus
est in nobis, & nos positi & locati su-
mus in firmamētum. Quoad corpus,
sumus ex elementis, mouemur & vi-
uimus in illis, & nutrimur ex illis.
Hinc elementa sunt in nobis, & nos
in illis, Elementa per limum in nos
sunt posita & locata, & nos positi &
locati sumus in illa. Sic Deus totus est
~~extra~~ nos, & totus etiam intra nos,
per ciuias inspirationes, hoc est, per spi-
ritum suum nobis communicatum.
Sic totus mandus est extra Adamum,

&

& totus etiam intra Adamum, per eius limi extractionem. Sie Adamus totus extra nos & totus etiam intra nos per eius Seminis extractionem, gestamus itaque Deum in nobis, & Deus nos gestat in se ipso. Deus nos secum habet & est nobis propior, quia nosmet nobis ipsis sumus, habemus Deum ubique nobiscum, siue id sciimus, siue nesciamus. Gestamus mundum in nobis, & mundus nos in se gestat, quicquid digitis sentimus, palpamus, tangimus, gustamus, olfacimus, audimus, videmus, imaginamur, cogitamus, speculamur, discimus, intelligimus, sapimus, cognoscimus, edimus & bibimus, & ubiq; ambulamus, hoc id ipsum est, ex quo ortum traximus. Semper versamur in iis, ex quibus facti sumus. Homo enim est Centrum totius vniuersi, sic nihil aliud discimus, quam id ipsum quod ante nos fuit, & ex quo facti sumus, & quod antequam incipimus discere, in nobis latet, Imo nihil aliud discimus, scrutamur & cognoscimus, quam nos ipsos, nimirum discentes, scrutantes

& cognoscentes id, de quo venimus,
 & unde nostrum esse accepimus. Sic
 nihil aliud edimus aut bibimus, quam
 nos ipsos nostrorum comedentes & bi-
 bentes id, de quo facti sumus. Sic cor-
 pus habet suam famem & sitim in se
 ipso ab intra, & capit perfectionem
 sui per cibum & potum ex elementis
 ab extra sumptum. Sic anima habet
 suam famem & sitim in se ipso, & desi-
 derat perfectionem sui per cibum ac
 potum ex astris, qui est sapientia &
 cognitio rerum naturalium per ar-
 tes, linguis, scientias. Hinc nascun-
 tur artifices & sapientes huius mun-
 di. Porro sicut in cibo ac potu ex ele-
 mentis sumpto, semper est purum ac
 impurum coniunctum, que cum veni-
 unt in stomachum ad ignem digestio-
 nis per Vulcanum siue Archæum na-
 turæ internum, motu spagyrico ab
 inuicem separantur. Et quod purum
 est, retinetur & manet in nobis, hoc
 est, essentia ex cibo & potu extracta,
 est purum ab impuro separatū, quod
 transit in carnem & sanguinem. Nam
 instar fermenti penetrat corpus, & fit
 vnum

vnum cum illo, & increscere facit illud, ut maius fiat, & solidius in virtibus neruisque suis. Impurum vero à nutrimento alienum per se deßum eiicitur. Idque ex operatione Archæi in ventriculo laborantis. Pariteratione se res habet etiam in omnibus scientiis ex lumine naturæ oriundis, ubi semper bonum & malum coniunctissime convertibilia. Quapropter nisi Astrologia theologizatur, hoc est, nisi quod bonum est retineatur, & quod malum est, reiiciatur, homo sibi æternam mortem in deducit, & hæc se præparatio hominis;

Caput III. Deo Cœlio

Distribuitur partibus hominij, Spiritu, Anima, Corpore: unde qualibet sumpta, & quo modo una in altera.

Partes totius Vniuersi ex quo homo factus est, sunt tres. 1. Mundus æternitatis. 2. Mundus animæ. 3. Mundus temporis. Hominis partes tres sunt, Spiritus, Anima, Corpus. Et haec tres partes sunt ortæ & assumptæ ex illis tribus partibus totius Vniuersi.

B 3 nimi.

animirum spiritus in homine est ex spiritu Dei, & participat cum æternitate & æuo. Anima in homine est extracta ex anima mundi & participat cum æuo & tempore. Corpus hominis ex corpore mundi vel elementis formatum & compositum est, & participat cum solo tempore. Corpus ex elementis extractum, & in hanc formam constitutum, est domus, tabernaculum, & sedes animæ, præcipue autem in corde residentis.

Anima hominis ex anima mundi extracta, & cordi tradita est, habitaculum spiritus Diuini, & habet in se spiritum Diuinum. Sic unum existit in alio, & operatur in alio.

Spiritus in anima, & per animam.

Anima in corpore & per corpus.

Corpus in subiectis externis, & per ea.

Omne quod est extra, est sicuti id quod est intra.

Sed.

Internum semper superat externum in essentia, virtute & operatione. Nam quo quid interius, eo nobilius;

lius, potentius, & capacius est. Magna virtus est in corpore si excitatur. Major in anima firmamenti, si excitatur; maxima in Spiritu Ditiino si excitatur.

Excitatione omnia patefunt, quæ sunt abscondita, & in ignorantiam posita. Dormitat enim in nobis sapientia, tam Diuina quam naturalis, & utraque lux in tenebris luceat, & sine excitatione homo habendo caret.

Magna & excellens est cognitio corporis humani ex elementis extracti & in hanc formam dispositi.

Maior, & excellentior est cognitio animæ ex firmamento delumpta & corpori inserta.

Maxima & excellentissima est cognitio Spiritus ex ore Dei primo homini inspirati, & per mysterium multiplicationis nobis singulis æque communicati.

Quare magna, magna est cognitio corporis humani propter compositionem mirandam, hoc est, quia omnia quatuor elementa essentialiter, in ipso sunt composita.

B 4

Et

Et præterea omnium creaturarum totius mundi visibilis, quæ sunt in terra, quæ in aqua, quæ in ære, quæ in igne, harum, inquam, omnium essentia, natura & proprietas homini sunt incorporata & insita. Sed cum omnia generaliter sint coniuncta & in unam cutim inclusa, non omnia simul & semel patent, nec patere possunt, sed in specie saltē procedunt, & digno, scuntur, prout eliciuntur & excitantur.

Quare maior est cognitio anima, quæ est in corde hominis?

Quia totum firmamentum cum omni omnium creaturarum astrorum essentia, natura, virtute, proprietate, inclinatione, cooperatione in ipsa est coniunctum & complicatum, ita ut nihil sit in tota potestate Spiritus firmamentalis, seu animæ mundi, quod etiam anima hominis in se non habeat, & in exaltatione sui de se dare valeat. Imo totum lumen naturæ est in anima Microcosmi, quod est sapientia & potestas, ac vigor omnium rerum totius mundi, per omnia ele-
men-

menta & elementorum procreata. I-psa est enim spiritus Astrologicus, continens in se omne genus scientiarum: Magicam, Cabalisticam, Astronomiam cum omnib. suis speciebus: Chymiam, Medicinam, Physicam: omnes artes & linguas, omnia opicia, & vniuersa studia, per totam naturæ officinam extantia.

Sed quia hæc omnia in unum sunt collecta & generaliter in anima comprehensa; non omnia simul patent, aut in actu esse possunt, quamuis sint in potentia, sed speciatim eliciuntur & producuntur.

Quare vero maxima est Spiritus Dei in nobis habitantis cognitio?

Quia maximus est, & super omnia eminentissimus ille, ex quo spiritu hunc accepimus; Est vero in hoc ipso spiritu sapiëtia tota & potentia Diuina, ex qua fluit salutifera illa cognitio, h. e. Theologia, tractas de reb. supnaturilib. cœlestib. atq; Diuinis, & versatur in magnalib. & mysteriis Dei sup. natu- rā positis, & tēdit usq; ad inexhaustā & incessabilem Deitatis profunditatē, in-

B s qua

qua profunditate omnium operum
Dei, & rerum gestarum, in tempore
ab initio creationis, usq; in finem con-
sumationis seculi, ipsissima origo, ma-
teria, causa, & finis, æternaliter & es-
sentialiter latuit. Omnia enim ex ipso
prodierunt, omnia per ipsum facta
sunt, & omnia in ipso consistunt. Quo
quid interius, eo nobilis & præstan-
tius.

Mundus hic visibilis est corpus ex
igne, aqua, aere, & terra compactum,
qui est extra, habet in se spiritum na-
turæ, qui est anima mundi quæ est in-
tra, ad quam animam, corpus hoc ex-
ternum pertinet, q; ab ea inhabita-
tur, possidetur & gubernatur. Hinc a-
nima mundi est nobilior corpore, hæc
anima mundi habet in se Spiritum
Dei, qui eam comprehendit ac pos-
sideret.

**Extra enim Deum, vel Spiritum
Dei nihil est.**

Hinc spiritus nobilior anima, sem-
per nobilis in ignobiliori extat, &
internâ præualent externis, tame es-
sentialia quam potentia. Sic corpus no-
strum

strum externum est quidem magnū in statura & quantitate corporeā, verum anima in eo habitās, essentia, virtute, & potentia maior existit. Spiritus vero maximus est omnium, non mole aut quantitate corporeā, sed essentia, virtute, & potentia. Ideoque maxime mirabilis: eo nihil maius est in quo sunt omnia: eo nihil minus est, quod est in omnibus minimis. Probe igitur hāc obseruemus regulam: Quo quid interius magisque occultum ab externis sensibus, eo dignius, nobilis ac potentius est in sua essentia, natura & proprietate, id quod per exemplum demonstrabimus. Quazuis domus nō propter se, sed propter inhabitatorem ædificatur, iam ædificiū est res externa, inhabitator autem res interna, domus propter hospitem, & non hospes propter domum. Ergo inhabitator longe dignior ac præstantior est in sua essentia omni ædificio, quantumuis sumptuoso. Ad quid enim prodest domus, deficiente hospite? Sic vestimenta fiunt & parantur propter corpus, ut ipsum sit & ambu-

let in

let in illis. Vestimenta sunt res exter-
næ: Corpus est internū, ergo corpus
in sua essentia longe nobilior & digni-
us est omnib. vestimentis, quātumvis
pretiosis. Ad quid.n. vestimentis opus
est, si defint, qui induant. Vestimenta
igitur propter corpus, & non corpus
propter vestimenta. Sic corpus, vesti-
mentū, domus, & habitaculū animæ,
est externum quoddā, Anima vero in-
terna, corpus propter animā est, & nō
anima propter corpus. Ergo anima in
sua essentia longe nobilior & dignior
est creaturā, quā corpus, etiā sit for-
mosissimū & optime proportionatū.
quid.n. valet corpus, deficiēte anima?
Cadauer. Sic anima facta & creata in
habitaculū spiritus Diuini, est quiddā
externum, spiritus autē est internus, &
anima propter spiritū est, & non spi-
ritus propter animā, Erg. spiritus Dei
nobilior, p̄stantior & dignior, & inue-
nitur in sua origine, essentia, natura,
virtute, potētia & pprietate. sic Deus
est & manet intimus, summus, maxi-
mus, potentiss. nobilissimus & dignis-
simus super omnia, & cōtinet in se o-
mnia. Ipse v. à nullo cōtinetur. Porro

quo quid interius, eo nobis prius est,
magisq; vicinū, sed & eo difficilius in-
uentu & cognitu, ppter nimiam auer-
sionē & abalienationē animæ nostræ
à Divinis & cœlestib. & propter nimi-
am temeritatē, & adhærentiā amoris
nostrī ad creaturas mundi. Et contra
quo qd exteriū, cō remoūs à nobis,
eoq; alienius, ex ampligratia. Spiritus
Domini reuera est, & habitat in an-
ima mea, illius fides est in cordis mei
capsula. Cum v. omnis inhabitator sit
intta, & habitaculum extra, sequitur,
quod spiritus Domini vicinior mihi
sit, quā egomet mihi sum. Et sic patet
causa, quod regnum Dei non quæren-
dum sit extranos, hic vel ibi, sed ab in-
tra, teste ipso Christo, qui dicit Luc. 17.
interrogatus à Pharisæis, quando ven-
turum esset regnum Dei? Non venit
regnum Dei cum obseruatione, neq;
dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce e-
nim regnum Dei intra vos est. Et A-
postolus Paulus ad Romnaos 14. Re-
gnum Dei non est cibus ac potus, sed
iustitia & pax, & gaudium in spiritu
sancto: etenim qd in his seruit Christo,

acce-

acceptus est Deo, & probatus homi-
nibus. Item Act. 17. ut quærerent De-
um, si forte palpent eum, & inueniāt,
quamuis non longe absit ab vnoquo-
que nostrū, per ipsum enim viuimus
& mouemur & sumus. Anima est &
habitat in corde, & cor est in corpo-
re meo, ergo anima vicinior mihi est,
quam corpus. Corpus meum est ami-
ctum vestimentis, hinc corpus mihi
propius est; quam vestimenta, & ani-
ma propior corpore, & spiritus pro-
pior anima, ideoque etiam nobilior,
dignior & maioris momenti. Quod
autem verum sit, omne internum esse
nobilius & dignius suo externo, in
quo est & habitat, id vel omnes testa-
tum facimus, nolentes, volentes, sci-
entes, nescientes. Ecce enim si sumus
in periculis vitæ per ignem, per aquā,
per item aut bella & nobis imminentia-
bus, ibi sane primo omnia nostra ædi-
ficia tam sumptuosa, quam vilia, cum
externis bonis relinquimus, & cum
ipaucis, si qua possumus nobiscum de-
portare, in fugam nos conuertimus,
modo ut seruetur corpus vestitum,

vita

vita & anima salua & illæsa, quo ipso testamur interiora esse potiora exteri-
nis. Quis autem tam volet esse sto-
lidus, vt corpus suum propter ædificia & bona externa retinenda, velit
negligere, amittere & perdere? cum
amisso & perduto corpore, ædificia &
bona externa, multo magis sunt amis-
sa & perdita. Deinde ingrauescente
periculo, magisq; nos urgente & ob-
ruente necessitate & angustia, relin-
quimus & reiicimus cum Ioanne di-
cipulo Christi, Marci 14. ipsa vesti-
menta, quibus tegebamur, & quicquid
nobis de rebus superest, & fugam da-
mus, nudi, & pauperes, vnum modo
vt seruetur, & retineatur corpus cuius
vita & anima saluum & incolume.
Nonne hoc ipso innuimus, & osten-
dimus, interna esse meliora, & maio-
ra externis.

Cum vero corpus & vita sint inter-
na, vestimenta autem externa: quis
tam peruersæ volet esse mentis, vt ma-
iori amore complectatur vestimenta,
quam corpus & vitam? Et cum anima
velit in periculo, vt retineat, & seruet
vesti-

vestimenta, etiam si corpus & vitam cogatur amittere & perdere. Porro in persecutionib. propter nomen Christi, aut propter veritatem etiam corpus, & vitam in periculum ponentes, ea relinquimus, & tradimus nostris hostibus, tyrannis scilicet ad patientiam instar agni, quem omnes imitantur oves, modo ut retineatur anima in fide & cognitione Dei, atque veritatis integra, fortis, salua & incorrupta. Nonne significamus per hoc interna præualere externis, quia anima est interna, corpus externum? Quis vero tam stolidus volet esse mente ut malit animam suam cum fide in Deum & cognitione veritatis negligere, & amittere, modo ut retineatur corpus externum, mortale, & vita temporalis. Perdita enim & amissa fide, & cognitione veritatis, corpus cum vita temporali nullius est momenti. Postremo in extremis conscientiæ nostræ ob peccata peracta cruciatibus, angustiis, & doloribus infernalibus, etiam ipsam cum Davide animam relinquimus & execramur, & nos ipso omni

omnino exanimos euacuamus ab omni solatio tam Dei, quam creaturam, & nobis ipsis destituimur conclamantes cum filio Dei. Deus meus, Deus meus, ut qd me dereliquisti, modo vt Deus solus & unicus nobis sit, ac remaneat illæsus, iniuiolatus, iustus & perfectus in omnibus. Quæ nobiscum cœpit tam dulcibus quam amaris. Sic per aduersa semper ad interna reducimur, & facimus regressum ad nos iplos, & ad Deum qui in nobis est. Nonne igitur hoc modo testamur veritatem huius regulæ? Quod omne interius suo exteriore sit nobilior & dignius.

Quapropter cum nihil sit in nobis tam vicinum & intimum, atque Deus est, sequitur, quod nec aliud quicquam tam sit magni faciendum, querendū & amandum, quam solus Deus, qui præstantissimum thesaurum sapientiae, lucis, vitae, veritatis & virtutis suæ Diuinæ ex se ipso desumptum in nos posuit, & occultauit, eamque iussit petere, querere & pulsare in abscondito cordis nostri in Spiritu & veritate,

C dato

dato testimonio, quod regnum Dei, primo omnium querendum, minime sit hic vel ibi extra nos, sed interius in nobis ipsis instar thesauri in agro absconditi inueniendum. Ex hisce omnibus mihi liquide patet, Deo in hac vita, dum sum in hoc mundo, & in hoc corpore mortali, nihil omnino mihi remotius aut proprius esse, atque in vita æterna ipse futurus mihi est.

Verum ergo Deum meum æque mihi iam presentem & internum habeo atque sentio, prout in altero mundo, & in corpore eum sum habiturus. Ipse enim est in me, & ego in illo, siue sum in corpore mortali in hoc mundo, siue extra corpus in illo mundo, hoc saltem facit discrimen, quod hęc res iam adhuc est abscondita, tunc vero erit manifesta, & aperta: Quod vero ego ipsi non sum tam propinquus, & vicinus ut ipse mihi est, hoc non illi, sed meæ auersioni imputandum est, quia non sabbathizo in Deo meo, qui tecum est. Hoc est, quia cum inquieta & vagabunda mea Anima per-

ora

crea-

creaturas discurrendo magis delector esse & versari in mea propria voluntate extra patriam æternam, & serpentem istum semper sibilantem repere seu in multifaria concupiscentia ad res, & creaturas mundi, in multifaria cupiditate, & delectatione carnis, oculorum & superbia virtutæ, seu amore proprio. Et non minus frequens sum in vario discursu cogitationum mearum, die ac nocte, ex corde meo subinde ascendentium, nunc hoc nunc illud speculantium & volentium, ubi præterea omni curarum genere meipsum aggrauo, & defatigo, variisq; affectibus torqueo. Quæ omnia sunt astrologica in anima nostra, operatio & reuolutio siderum internorum.

Si vero Astrologiam meam theologizarem, id est, si intrinsecus ab hisce omnibus desisterem & feriarer & studierem in Deo meo, qui tecum habitat, id est, si animum meum assuefacerem ad quietem, & tranquillitatem spiritualem, ut cessaret vagari in vanitate cogitationum,

C 2 cura-

curarum, & affectuum ut vacaret à rebus externis, & creaturis huius mundi, & præsertim ab amore mei ipsius ut totus in meipso emorerer, & quasi annihilarer, véniremque in tedium, & obliuionem non saltem omnium rerum totius mundi extra me positarum & mūdanæ amicitiæ, quam cum hominibus habeo, sed etiam in plenariam derelictionem mei ipsius, hoc est meæ voluntatis, meæ, si qua est, sapientiæ, cogitationis, scientiæ, artis, industriæ, prudentiæ, meæ, si qua est, dignitatis, laudis, honoris, virtutis, aut estimationis in mundo apud homines; mei, si quod est, officii, status, gradus, ordinis, & in summa, in absolutam obliuionem omnium negotiorum, & occupationum mearum, & mei ipsius tam intus, quam extra, id quod nihil aliud est, quam Astrologiam theologizare.

Tunc deinceps inciperem magis, magisque videre & cognoscere præsentissimam Dei in me habitationem, & sic de arbore vitæ gustarem, ac comederem, quæ est in medio paradisi, qui para-

paradisus ego ipse sum, ut hospes a-
pud quem Deus est & esse debet, & e-
go' vicissim apud Deum, hoc, inquam,
esset animæ meæ exercitium, theolo-
gatio Astrologiz, & regressio

ab Externis ad interna.

à Natura ad gratiam

à Creatura ad Deum

ab Amicitia mundi ad amicitiam
Dei.

ab Arbore mortis ad arborem vi-
tae,

à Terrenis ad coelestia.

Sic vaderem rursum ad primam,
meam originem, vnde exiui, per arro-
gatam mihi libertatem volendi, desi-
derandi, concupiscendi, excogitan-
di, dicendi, & faciendi quod mihi lu-
bitum fuit neglecto interim Deo, si-
ne quo nihil debebam facere. Quic-
quid igitur habemus ex lumine natu-
ræ, hoc omne cum humillima abne-
gatione ad pedes Dei Opt. Max. se-
mel in septimana deponendum: siue
id sit scientia Magica, siue Cabalisti-
ca, siue Astronomica, siue Chymica,
siue Medica, siue Physica. Item artes

liberales & opicia mechanica, & qualemque studium, officium, status, ordo, dignitas, vita genus. Item opes, diuitiae, honores, & omnis generis dona naturalia. haec omnia pertinent ad nostram hanc Astrologiam & debent ita theologizari per exercitium sabbathi sanctificandi. Quod est vniuersalis oblitio omnium rerum, & nostri ipsorum, & requies animae nostrae ab omni inquietudine in silentio sacro: cessatio ab omni voluntate, cogitatione, desiderio, affectu, discursu & operatione, tam intus quam extra. Atque haec est vnicaria illa, & principalis causa sabbathi diuinitus homini demandati, ne scilicet homo ex esu arboris yetitae sibi mortem comedat, & pereat.

Comedere est delectari in seipso, & in creaturis potius, quam in ipso creatore, suaviari sibi in donis acceptis neglecto datore, amare mundum & quae in mundo sunt, neglecto Deo, seruire Mammonae, neglecto Deo. Omnibus rebus pro libitu ac voluntate sua vti, spregare legem Domini: Non
con-

cōcupisces; non comedes, nō desiderabis: Auferterē te à Deo ad creaturas, & ad seipsum: scortari cūm creaturis, languescere in amore rerum terrenarum & bonorum temporalium pōstposito Deo, id quod in ille modis describi potest.

Huic doctrina Christi, qui venit de superis, & affert cœlestē ac Diuinam sapientiam ex lumine gratiæ omnino contrarium sonat, videlicet, quod homo dēbeat conuerti in puerum & tantum in se habete scientiæ de bono & malo in se vigentis quantum habuerit cum adhuc esset puer, seu infans recens: Doctrinā Christi, inquam, iubet hominem credere dē ab bore vitæ, hoc est, viuere ex inspiratiōne Numinis interius, quod est rursum desicte à creaturis, & se ipso ad Deum.

Cohærere Deo, reliquo Mānitudinā: vivi cum Deo, reliquo amore cœaturam, credere in Deum, offerte & tradere se Deo, orate, fiat voluntas tua Domine, exuere veterem hominem, & induere nouum, fugere

C. 4 malum

malum; & adhærere bono, quod iti-
dem mille loquendi modis & phrasí-
bus ex ipsis Apostolorum scriptis ex-
plicari potest. Quomodo vero omnia
& singula scientiarum & donorum
naturalium genera, variaque ista ho-
minum studia, actiones, negotia, &
discrimina, & ex lumine naturæ, vel
ex astris oriuntur, & quo ordine ad se-
ptem gubernatores mundi referan-
tur, & quatenus homo eisdem debeat
uti; Item, quomodo unusquisque no-
strum sui ipsius Astrologiam in se vi-
gentem debeat theologizare, nouam
que nativitatem ex caelo nouæ crea-
turæ sibi erigere, & instituere, nouum
que vitæ genus assumere, præcipue
autem quæ sit solida ac omnium cer-
tissima sabbathi causa, hoc est, quo-
modo homo debeat sex dies labora-
re, & septimo die sabbathum rite san-
ctificare, hæc omnia admodum cui-
denter ostenduntur, & proponun-
tur, in sequentibus huius libri

capitibus.

CAPUT IV.

*Decompositione Microcosmi, id est, hominis
ex Macrocosmo, id est, magno
mundo.*

PRimus ille totius generis humani parens Adam per admirandam Dei sapiētiam, & operationem, quo ad suam animam & corpus producebatur, & formabatur, ex limo seu puluere terræ, qui limus siue puluis talis erat massa seu materia, quæ in se coniunctam & compositam habebat totius mundi maioris, & omnium quæ in eo erant vniuersam essentiam, naturam, virtutem & proprietatem, illa, inquam, massa, limus, seu puluis erat mera quinta essentia, ex totius mundi machina vnde quaque extracta: Ex quo limo seu massa talis siebat creatura, quæ excepta forma in omnibus vnum & idem erat cum mundo magno, ex quo producebatur; Hinc ista creatura vocabatur homo, qui postea reuelata inter sapientes admiranda eius creatione, & reformatione, quam aptissime μηδόνας, hoc est, par-

C's uus

uus, vel minor mundus consuevit appellari: Huius limi, pulueris ac massæ ex toto Macrocosmo extractæ, absolutam descriptionem, essentiale explicationem apud solum Theophrastum Paracelsum in suis præstantissimis scriptis abude & mitifice declaratam inuenimus passim. Cum igitur omne productum & compōsum non aliunde accipiat & assumat essentiam, naturam & proprietatem, nisi ex ipso, vnde fit & producitur, etiam ille primus homo, tanquam mundus alter, & posterior ex mundo priori factus per limum, eiusdem essentiæ, naturæ & proprietatis factus est particeps, quam Macrocosmus in se habuit, homine enim existente, & compacto cum toto mundo magno in illa Quinta essentia limi extracti continuo secutum est. Quod totus Macrocosmus in hominem per formationem Diuinam complice est collectus, & trāpositus, manente tamen salua & integrā Macrocosmi substantia & natura.

Nam

Theologizata.

Nam talis est conditio in vniuersa rerum productione & generatione, quod quodlibet simile de se producat suum simile, idque sine destru-
ctione suæ essentiæ & naturæ. Hinc quod originem & deriuationem sibi habet ex D E O , Idem est quod Deus, Spiritus seu spiraculum Dei, q[uod] est in homine immediate ex D E O processit , Ergo Deus reuera est in homine nimirum per eius inspirati-
onem: Quod originem & deriuati-
onem habet ex mundo, idem est,
quod mundus. Anima & Corpus ho-
minis immediate ex mundo sunt de-
sumpta, extracta & composita, ergo
mundus reuera est in homine per ei-
us limi transformationem. Sic
homo primus ex Macrocosmo factus
Macrocosmum in se gestabat, cum
omnium creaturarum essentia & na-
tura complicata, collecta & compa-
cta: Ita tamen, quod corpus ex ele-
mentis & elementatis formabatur.
Quoad animam ex anima Microcos-
mi seu Spiritu Naturæ, qui totum

Fir

Firmamentum cum omnibus & singularis astris, astrolabioisque virtutibus & operationibus in se continet ac complectitur. Ita factum est, quod nihil extra hominem in toto cœlo naturæ & in omnibus elementis, cum quo homo in compositione sua essentialiter non participet, eiusque naturæ sit præditus.

Duo autem sunt, in quibus Microcosmus à Macrocosmo differt & aliensus esse apparet, nimirum primo forma personæ, & secundo complicazione rerum. Quoad formam visum fuit sapientiæ Diuinæ massam illam ex Macrocosmo extractam & in hominem conuertendam non in formam Macrocosmi quæ rotunda & circularis est, ponere ac statuere, nec ad formam imaginis & similitudinis suæ erigere, & applicare placuit, homine interim nihilominus manente Microcosmo.

Differentia igitur hæc non tangit essentiam, forma non tollit veritatem subiecti, quo minus homo credatur esse Microcosmus. Quoad complicatio-

tionem siue compositionem omniū rerum naturalium in unum corpus, siue in unam personam, non possunt omnia simul in homine esse aperta, & inter se cognoscibilia; sed unum post alterum, prout excitatur, & prouocatur, in specie patet ac viget, reliquis interim occulte inservientibus: In Macrocosmo omnia sunt explicite in speciebus suis existentia viuentia, & operantia, at in Microcosmo omnia sunt implicite compacta & simul coniuncta. Porro postquam homo Microcosmus iam in se ipso erat, & habebat omnia ex quibus erat sumptus, Ecce tota naturæ plenitudo in ipso erat cōiuncta, tam corporaliter quam spiritualiter, & tanquam thesaurus opulentissimus in unum centrum collecta, & reposita, ita ut homo esset omnia complice, & nihil tamen omnium explicite. Ex hoc protoplasto siue primo omnium formato hominem ac genitore pari modo nos etiam constituti sumus, & formati, non quidem per eiusmodi litum siue mas-
sam, qualis illa fuit in initio, de qua Adam

dam fiebat, sed per massam ex substantia Microcosmi extractam, quam nos cum Paracelso vocamus Ens hominis, quod semen totum Microcosmum, id est, hominem in se habet atque gerit complice, vnde & proles humana genitori suo quoad materiam, essentiam, naturam & proprietatem per omnia similis crescit & egreditur tanquam simulacrum viuum, quod sane non fieret, si hæc omnia in ente seminis non laterent & extarent. Hinc quilibet nostrum idem habet in se essentialiter ex parente suo per ens seminis sibi traditum, quod primus ille homo per ens limi ex Macrocosmo extracti accepit ac habuit, nimirum corpus elementale ex elementis, & animam seu spiritum sidereum ex

Firmamento.

CA-

CAPVT V.

Quod omnia scientiarum studiorum, actionem, vita genera apud homines, terra, maris, vigentia testentur totam Astronomiam, id est, sapientiam naturalem cum omnibus suis speciebus in quouis homine reuerari esse & reperiri, & sic ab interno cœlo omnia produci, moueri, regi, & agitari, quacunque homines in terra agant, & quas sint astræ, quibus homo sapiens debeat dominari.

VT igitur homo ad creationem, & formationem ex limo, id est, ex Macrocosmo, Deoque factus appararet, manifestum est ex superioribus, Primū, quod homo Microcosmus in Macrocosmum positus, tam cum corpore Firmamento, quam cum omnibus elementis omnino concordet, ac unum & idem sit, sola forma excepta, sicut rubedinem in vino & cum yino, & albedinem in nixe, & cum nixe omnino unum & idem esse videmus. Deinde sequitur, cum homo pro se ipso, & in se ipso sit mundus integer, & qui suum primum

prium cœlum, suum proprium firmamentum & spiritum naturæ cum sole, luna, planetis & vniuersis astris in se ipso secum habet, Ex quibus ab intra collectatur, inclinatur, dirigitur, mouetur, excitatur, ducitur, voluitur, gubernatur, docetur, illuminatur, iætificatur, contristatur, fortunatur & afficitur.

Manifestum est, Eum ab æterno Microcosmi firmamento seu anima mundi minime impelli atque cogi ut ab extra ex reuolutione & inclinacione, aut constellatione siderum cœlestium in Macrocosmo assumat & accipiat animum & affectus, hoc vel illud volendi, faciendi & operandi. Nullius enim momenti hæc est opinio. Qui Microcosmum non probe cognoscunt, in id erroris prolapsi sunt, ut statuere non dubitent, hominem ab externa astrorum influentia, ad hoc vel illud bonum aut malum, necessitate quadam Physica conditionari, prædestinari, constellari, dirigi, cogi, & agitari. Hinc pseudoproverbium. Astra inclinant, astra regunt homini-

homines, id quod minime ita est, si juxta illorum opinionem de astris intelligatur. Verum sciendum est, omnia quæcunque per hominem sunt tam in anima, quam in corpore, ab intra ex sua ipsius propria inclinatione, & natura orisi, & procedere. Intra, inquam, in homine est illud cœlum, ille Planieta, illud sedes, aut astrum, ex quo ad hoc vel illud inclinatur, constituitur, prædestinatur ac signatur, minimeque ab extra per constitutionem cœli externi, & illud dictum dominabitur astris, non de astris externis in cœlo seu firmamento Mundi maioris intelligendum, sed de astris internis in ipso hominie vigentibus, id quod ex sequentibus magis, magisque patet.

Hoc autem pro initio notandum præmissimus, quod cœlum externum cum sua continua revolutione convenientissimam habeat cotrespondentiam cum cœlo interno in Microcosmo, & hoc cum illo, quod sic intellegas. Qualis est figura cœli externi in punto conceptionis alicuius homini?

D

nis

pis, quæ sit in matrice mulieris pens
ens hominis ex viro iam iam emissi,
talem ille homo ex ipso homine na-
scens & crescens ab intra accipit
constitutionem suę naturę, & vitę in
terris peragendę.

Illa autem constitutio, sám diu la-
tet occulta & incognita, id est sine a-
ctu in nuda potentia, donec homo in
mundum natus ad usum liberę vo-
luntatis, & rationis sese exerentis
moueri, & mundum imitari incipiat;
Tunc enim, & non prius ista cœli sui
constitutio, sese paulatim voluere,
prodere, mouere & ostendere incho-
at, ubi nascentes istius figurę per i-
maginationem & phantasiam in vo-
luntate & ratione recens orta ad mo-
tum animi & operationem corporis
surgunt ac procedunt, atque cœlum
internum, in Microcosmo incipit
motum ac cursum suum, ut homo
ab intra ex ductu suę ipsius naturę
Idem incipiat imaginari, cogitare,
appetere, audere, dicere, facere,
Quod ante ex positione cœli exter-
ni,

ni, dum conciperetur, fuit præsignificatum.

Cœlum igitur externum in Microcosmo, quoad respectū ad hominem, est saltem speculum & præludium, per quod Astrologus hominem naturalem potest perspicere, explorare, cognoscere, atque describere. Quæ & qualisnam natura & proprietas ab initio nativitatis suæ usque ad finem vitæ in eo sit futura ac domini natura (Quatenus Astrologice & non Theologice vixerit) Quæ & qualis sit futura eius imaginatio, quales mores, quale studium, quale genus, vitæ & mortis, quibus rebus plurimum delectabitur, & econtra, quibus aduersabitur, & omnia, quæcunque ad humanæ vite conditio nem spectare videntur. Hęc, inquam, ex positu seu figura cœli externi ereta prognosticari, & prædicari possunt: Non quod per necessitatem aut vim coactiuam ea sic fiant, sed saltem quod præsignificantur, & quasi præfigurentur: Et sunt saltem

D. s. piet.

picturæ quædam vitæ humanæ, sicut alias viuus quidam homo per pictorem in pariete pingitur. Ex qua pictura, eius species & proportio cum omni habitu cognoscenda exhibetur & ostenditur. Sic etiam nos homines secundum naturæ ductum viuentes, & Astrologiam nostram non theologizantes ex superioris firmamenti tabula, figura, specie, & concordantia, quasi per speculum ab Astrologe describimur & cognoscimur.

Naturaliter enim viuentes, naturalem habemus ex figura cœli vitæ nostræ descriptionem, siue ea honesta sit, siue inhonesta, siue virtuosa, siue vitiosa, ita tamèn ut causa impulsiva, & efficiens, sic vel ita viuendi, non à cœlo exteriori procedere, hominiq; patitur imprimi: Verum ab Intra ex cœlo nostro interno, quod est in anima nostra hac ratione viuendi delegata. Neq; enim Deus, neque Macrocosmus hominem in medio positum ab extra, ad hoc vel illud bonum aut malum vitæ Genus Physica quadam necessitate cogunt aut impellunt, sed

sed id ipsum, quod est ex Deo, & ex Macrocosmo in nos posatum, illud est, quo ducimur, quo constellamur, mouemur, instigamur, irritamur, inuitamur, regimur, & inclinamur. Vnum est, Spiritus Dei, spiraculum Dei, numen, & lumen cœlestis, Spiritus sanctus, mens Dei. Alterum est spiritus naturæ, spiraculum mundi, lumen naturæ, affectus carnis, terrena sapientia, homo animalis, Spiritus sidereus, ratio hominis.

Vtrumque dicit ad suam originem, & ostendit, quæ sua sunt. Natura nos instigat, mouet ac dicit nos ad naturalia. Spiritus vero Dei, quem ex Deo in nobis habemus, instigat, mouet, urget ac dueit nos ad supernaturalia, id est, eo unde & ipse est. Duo, inquam, inspiratores sunt in nobis duo gubernatores, duo duces, duo Domini, quibus nemo nostrum pariter inferuire potest. Vnus tendit enim in angustam viam ad hæreditatum, & possidendum regnum cœlorum per contemptum mundi & abnegationem. Alter in viam latam ad-

intrandum in infernum neglecto re-
gno Dei. Vnus est ex Deo qui est spi-
ritus Theologicus vitam theologi-
cam homini proponens ac suadens.
Alter est ex natura, ex mundo, qui est
spiritus Astrologicus vitam astrolo-
gicam homini proponēs ac suadens.
Spiritus theologicus ostendit regnū
Dei & vitam æternam præditus lumi-
ne & sapientia supernaturali. Spi-
ritus vero astrologicus sapientia & lu-
mine naturali præditus ostendit offi-
cīnā naturæ & gloriam huius mundi,
Qui igitur aguntur spiritu D E I hi
sunt filii Dei, id est, qui vivunt theo-
logice. Qui vero aguntur, & ducun-
tur spiritu naturæ, id est, regnum Dei
& patriam æternam nihil curantes hi
sunt filii naturæ. Filii huius mundi,
homines animales, non facientes vo-
luntatem Dei, sed voluntatem car-
nis, quibus cum vniuersa sua gloria,
& magnificentia pereundum; Qui-
cunque illi sint, quandocunque sint,
& vbi cunque sint, etenim absq; theo-
logizatione Astrologiæ nemo mor-
taliū salutem ac beatitudinem æ-
ter-

ternam consequetur. Moriendum semel est carni & sanguini, ac ubi homini animali, & viuendum Deo. Quæ vita vitæ mundanæ prorsus est contraria, de quo latius in epistolis Pauli & aliorum Apostolorum. Astra vero quibus sapiens dominari iubetur, non sunt sidera illa cœlestia in firmamento Macrocosmi existentia, quæ à creaturis elementorum sunt præposita, ut illuminent terram, & sint in signa ac tempora & præsint diei ac nocti, ista peculiarem suum habent rectorem dominum ac gubernatorem, videlicet animam seu spiritum mundi in septem planetas & reliquias stellas totius Zodiaci diffusum, per quas dominium suum exercet, & influxum suum habet in inferiora. Non igitur est, quod aliquis per simplicitatem opinari velit illud dominium sapientis super astra spectare ad moderationem firmamenti externi, quasi sapiens deberet regere cursum siderum, & signorum cœlestium & machinam Macrocosmi sub potestatem suam redigere: solem, lunam, planetas ac stellas pro suo libitu.

dirigere, & gubernare, serenitatem
& tempestatem constitutre secundū
voluntatem suam. Minime ita, verum
astrā quibus dominari nos debemus,
si velimus esse veri sapientes, sunt o-
mnes per imaginationem, ex corde
nostro ascendentēs cogitationes, spe-
culationes, cupiditates, affectus ad
res & creature mundi respicientes,
& per liberam voluntatem tenden-
tes, iis non debemus nimium dediti,
nimiumque conniuere & indulgere,
in iis latet anguis siue serpens ille le-
thalis, & infernalis hominem per o-
mnis generis concupiscentias sedu-
cens in illicitum creaturarum amo-
rem, honorem, cultum, & facit ex illo
scortatorem babylonicum: sicuti in
sequentibus demonstrabitur.

CAPVT VI.

*De duplice firmamento ac sidere in unoquo-
que homine, & quod beneficio regeneratio-
nis in exercitatione Sabbathi homo ex
natura deteriori in meliorem
possit transponi.*

EX supradictis elegantissima do-
ctrina

Errina apparet, nimis enim etiam si aliquis ex nobis per constitutionem & concordantiam cœli externi & interni in punto suæ conceptionis, ac nativitatis pessimam forte sotitus esset cōstellationem, & naturam ad quodvis malitiæ genus perpetrandum procluem & pronam, ita ut etiam euidentem ad quæque facinorâ signatram, siue physionomiæ gestaret in facie, vultu, manibus & in toto corpore, quæ omnia certissima præberent indicia, cum non solum miserrimis, & iniuriosissimis vita genus afferri; sed etiam crudelissimum supplicium ac interitum ipsi exspectandum fore, tamende huiusmodi hominis correctione, & salute, nequaquam omnino desperandum est. Ratio est, quia præter cœlum naturale, & firmamentum astrologicum, quod est in anima nostra, aliud in nobis habemus cœlum, aliud sidus, astrum, lumen, aliamque constellationem. Quæ est Spiritus, cuius virtute freti omnia malarum ascendentium naturalium stellarum irritamēta possumus excutere, & ab-

D 5 igere

igere instar' afini , qui muscas , & culicēs se pungentes à tergo suo excutere solet ac abigere.

Quantumuisigitur natura in se potens est & fortis incitando, impellen-
doq; hominem in propria voluntate
ac ratione per diuersas ac delectabi-
les concupiscētias ad quodvis genus
criminis, tamen Spiritus Domini in-
sua virtute, potēta ac fortitudine lō-
ge superior est, & excedit naturam eo
modo, quo sol lunam excedere vide-
tur. Discat autem saltem homo atque
det operam, ut cognoscat, quid sibi v-
tilissimum, illud Dei præceptum de
sanctificatione sabbathi, quouis die
septimo exercenda, in quo exercitio
pessima quaerit transmutari possunt.
Talis enim in sacrosancto sabbathie
exercitio latet medicina, qualēm nec
tota natura cum vniuersa virtute ho-
mini exhibere valet, Cuius Medi-
cinae gratia liber hic con-
scriptus est.

Finis huius libelli.

Ho-

Homo igitur generationis suæ casu naturaliter ad hoc vel aliud vitium inclinatus minime debet sibi ipsi conniuere, aut excusatione quandam affingere quasi iure posset incusare cœlum externum. id esse in causa, quo minus honeste queat viuere, & quod bonum est, facere, nec ullo modo naturam suam peccatricem posse vinci, mutari, frangi, corrigi, aut immelius conuesti, atque ita sub prætextu humanae imbecillitatis, sponte-
am suam malitiam, auaritiam, libidine-
m, superbiam, intemperantiam
quasi defendere, & in vita vitiosa per-
gere.

Opiniōnem refutandam & refuta-
tionē dignissimam & execrandam!
Ad quid quasso prodesset clamor
Christi, Prophetarum & Apostolo-
rum. Resipiscite, agite pœnitentiam,
conuertimini ad me & ego conuer-
tar ad vos, exuite veterem hominem
& induite nouum, fugite malum &
adhærete bono, deponite opera tene-
brarū & ambulate in luce. Quorsum
hęc, inquā, dicerētur, & p̄cipere tur, si
defen-

defensio & excusatio nostra locum
haberet in iudicio Diuino. Erudit ergo se siue talis homo a se ipso tam pessime deceptus, & instrui per hanc utilissimam nostrę Theologiæ theologizationem, in qua non sine summa animi lætitia inuenimus, & experimur, quod præter naturæ officinā & operationē longe maius & excellētius quiddam in nobis semper praestō sit, cuius freti cognitione, & virtute, potestatem habemus resistendi non saltem vni, sed etiam omnibus, quęcunque in nobis latent, & patent, vitiis tam maximis, quam minimis. Imo potestatem non unicum saltem lapidem, sed etiam Macrocosmi motem in nobis existentē in mare virtutis & potentiarum diuinarum deiciendi & submergendi, aut non solum unicam frondem, sed ipsam quoque totam arborem scientiarum boni ac mali in nobis extantem radicitus extirpandi, & in hortum paradisi cœlestis transplantandi.

Ita enim in mysteriis Theologicis haec intelligentibus patent, siquidem ad

ad homines transferenda sunt omnia
essentialiter, quæ propter diuinitatem
esse scripta constat.

Potestatem, inquam, habemus in
nobis latentem dominandi toti natura-
ræ, compescendi serpentem, & super-
randi omnes eius vires instituendiq;
nobis nouam, eamque bonam, melior-
rem, optimam nativitatem, erigendi
& instituendi nobis nouum ex celo
nouo vitæ genus, & figuram longe fa-
liciorem, idque solius sabbathi benefi-
cio, per quod de die in diem possul-
mus exuere veterem hominem, & in-
duere nouum hominem, relabi à vi-
tii, & transire ad virtutes, hoc est, ex-
cutere à nobis omnes ascendentes
stellas, siue flamas diuersarum con-
cupiscentiarum & cupiditatum ad or-
mis generis voluptates huius mun-
di subinde nos irritantium, trahen-
tium, & seducentium.

Hac ratione salui & incolumes e-
gredimur de domo Ægypti ex capti-
uitate babylonica, & euadimus ex im-
perio magnæ creaturæ, superamus
naturam peccatricem, resistimus ser-
pentis,

poni, fugamus diabolum, & quo frequentiores sumus in hoc exercitio sabbathi, seu in hac theologizatione astrologiae, et magis peregrini reddimus naturæ, ut vix amplius ab illa noescamur & tangamur. Nec viles Astrologus Physionomus signator, dividuator, artista, quantumvis industrius ullam nobis amplius nativitatem certam erigere aut aliquid futuri scit prognosticare, quia qui frequentes sunt in familiaritate apud Deum, sic magis magisque alienatur à mundo ut non amplius ditancur à mundo esse, sed de cœlo, etiam si corpore tenus adhuc in mundo versentur. Et quid quisque per sabbatum in inversione mentis suæ cum Deo agat & tractet Deus cum eo in abscondito cordis, hoc non potest videri aut cognosci a vullo spiritu, multo minus ab homine.

In Summa

Per solum sabbatum renouatur Phœnix animæ nostræ, quæ tota huiusmodi unitatem, & sciplam ab intra & ab extra penitus abnegando, deponnendo, respuendo, & pro nihilo reputando

tando in obliuione & contemptu opiniorum, & sui ipsius plane emoritur, scipio namque offert hostiam viuam & ipsa centem Deo, ibique deinceps regenerata euadit nobis creatura persona, progenies ex semine mulieris per conceptionem ex Spiritu sancto fit filius Dei, nouus homo, imitator Christi, inse- quens vestigia eius, fit asper malorum & se- etator boni, noua planta, noua arbor, sc. bona, quae bonos fort fructus. Hanc est vera resipiscientia, vera poenitentia, vera depositio veteris hominis.

Hic monendi sunt quidam Astrono- gi summae insipientiae, qui vel totum homi- nem cum omnibus, quæ in eo sunt in erigendis suis naturis, cibis, Dominio mundi, & astrorum subiecte nō s' du- bitarunt, quasi homo nihil plus esset, aut in se haberet, quam brutum siue bestia, Ignorantia prætereuntes con- stitutionem hominis in tres partes, Spiritum, Animam, & Corpus. Quæ Anima ex Zodiaco firmamentali, & quod corpus ex elementis orta sal- tem sunt subiecta naturæ Dominio, Spiritus autem, quem ex D E O habemus

habemus minime & nihilq; acciden-
tes ad id, quod quilibet Christi disci-
pulus, & amicus Dei de supernis re-
generatus, per fidem & mortem pec-
cati, in sacro sañto fabbaro secum
habeat medicinam præsentissimam.
in corde suo contra omnia naturæ &
serpentis venenosa, & lethifera vul-
nera, nec non mandatum Diauum
deponendi, superandi, & vincendi
vetus coelum cum suis diffusum
concupiscentiarum inclinationibus,
& in nativitate spiritus in luxine gra-
tia ambulandi. Sapientibus, hoc est,
Deum & seipso probare cognoscen-
tibus, res longemelius est perspecta.
Sciunt enim verumque esse in nobis:

Deum & Naturam

Regnum coeli & regnum mundi

Arborem vite & arborem mortis

Lumen maius & lumen minus

Semen mulieris & semen serpētis.

Nec non hominem inter hæc duo

positum esse ad perpetuam pugnam

in hoc mundo exercendam, utrum

horum vicerit, suum inde habebit ho-

mo præmium. Vnicuique enim Deus

repulsa

Theologizata.

repulsa omni callida excusatione de imbecillitate retribuit secundum opera, siue ea fuerint bona, siue mala.

Hic obseruabis exemplum de per mutatione hominis ex natura inferiori ac deteriori in naturam superiorem ac meliorem.

Si sumieres lapidem quendam in loco aprico forte iacentem, & à nimio solis æstu admodum calcatum, & poneres eum in aquam siue flumen aliquod, tum sol non amplius ipsum adeo calidum posset facere, seu calore suo posset penetrare; sic etiam in hac theologizatione Astrologiæ sc̄es habet. Accipe vel collige & apprehende totam malam tuam natu ram, & affectus tuos infynceros, cupiditatesque tuas illitoitas nimium in te operantes & vrgentes: tolle, inquā, & pone eos per sabbathum in mentem, siue spiritum mentis tuæ, quem habes ex Deo qui est fons vitæ, & aqua perennis; & sabbathiza in solidam & constanti abnegatione tui, & omnium rerum tibi cognitarum, quæ sunt tam in te, quam extrate, ut pen-

E totus

totus tibi emoriaris, tunc omnia tua
 cum omnibus suis adhærentibus con-
 cupiscentiarum lapidibus eadent &
 submaetgerantur in profunditatem a-
 quæ superne, quam spiritus Dei nobis
 infrigidat, & firmamentalis operatio
 magis magisq; in te cessabit, ac fatiga-
 bitur; & ascendētia cupiditatum tu-
 arum astra non amplius te affligerent,
 vegebunt, impellent, portabunt sicut
 antea, sed de die in diem levabis tei-
 psūm à durissimo illo iugo Zodiaci, &
 oram Planetarum: renouabitur
 ut aquila iuuentus tua, & eris in-
 star infantis recens nati, ac senties in-
 te operari atque moueri nouas virtu-
 tes & affectiones de caelo, sidere, &
 influentia Spiritus Diuini orientes, te
 inclinantes, occupantes, ducentes,
 regentes, &c. Ita ut cum fueris seruus
 peccati ancora, & membra tua arma
 iniustitiae & malitiae prebueris, iam
 à rebus vita: tute peracte & gestis cum i-
 tremore abhorreas, & frequis novo a-
 nimox, corde, affectu, desiderio & ex-
 exercitio sabbathi per Spiritum D.E.L.
 posthac seruias D.E.Q. & prebeas
 mem-

membra tua arma iustitiae, pietatis, charitatis, misericordiae, mansuetudini, temperantiae, modestiae, castitati, &c.

Sic Astrologiam tuam recte theologizaueris, sic naturam tuam optime superabis, corriges, emendabis; sic serpentinis caput rite conculcaueris; sic insultus diaboli in te bene compescueris. Hinc sabbatum verum à DEO. Quod si tuum & mandatum contra omnes genus mali, mortem æternam eternam, & temporalem corpori nimisq[ue] inferentis optimam & curam & medela, per quam à nobis deponere, tollere & auferre possumus, magnum illud & grauissimum iugum & montem tanti Zodiaci, tanti firmamenti, tantorumque gubernatorum, regium seu imperium, tollere, inquitam, & in immensum mare perennis aquæ præcipitate, atque subinde nouas vires acquirere, & vivaciores evadere. Id quod Patriarchis in primo seculo bene cognitum, & usurpatum fuit, vnde etiam Enochianam sibi per huiusmodi

exercitium sabbathi mentalis potuerunt acquirere longævitatem super terram. Quod vero hoc nostro seculo prorsus oblitteratum & abrogatum est, ac res incognitissima esse videatur.

Quomodo autem unusquisque nostrum debeat ac possit cognoscere, & experiri in seipso: Quoniam vera & qualis sua sit Astrologia siue actio firmamentalis, siue operatio lumenis naturæ, & quomodo eandem debeat ac possit theologizare, hoc est, naturam vincere, filius Dei fieri: hoc sequentia capita sole clarius illustrebant ac docebunt.

CAPUT VII.

De distributione totius Astrologiae in septem Gubernatores mundi, Eorumque operationes & officia tam in Macrocosmo, quam in Microcosmo.

Tota naturæ officina cum omnibus suis scientiarum & actionum generibus ordinata est, & distributa in septem præcipue membrorum & regna,

gna, siue dominia secundum septem
astra Planetarum, Solis, Lunæ, Mer-
curii, Veneris, Martis, Iouis ac Satur-
ni. Qui sunt Gubernatores omnium
rerum naturalium in tota' machina
mundi per quatuor elementa extan-
tium. Lumen vero naturæ, quod A-
strologiam vocamus, aliud nihil est,
quam ipsa vita, vigor, virtus, actio &
operatio in rebus totius mundi, qua
procedit & egreditur ex anima mun-
di, siue spiritu firmamenti, & cui se-
des est in corpore Solis, ibi enim ha-
bitat anima mundi, seu spiritus, sicut
anima Microcosmi in corde. Et in so-
le est potentissimus, unde suæ virtu-
tes, actionem & potentiam ex se sub-
inde diffundit in reliquos Planetas;
Lunam, Mercurium, & Venerem,
Martem, Iouem, Saturnum, & postea
in omnia reliqua sidera per totum
chaos stelliferum existentia. Per hanc
unicam animam totus mundus viuit,
gubernatur, agitur, & mouetur, tan-
quam corpus per suum spiritum.

Sol est cor & lux mundi.

In hoc corde, in qua, habitat enp-

E 3 ma,

mittit, quæ illuminat omnes Planetas,
& stellas singulas sursum supra se, &
deorsum infra se tam diurno quam
nocturno tempore, virtutemque suam
dispergit in omnia ac singula certa
pura, tam superiora usque ad extre-
nam machinæ superficiem; quam infe-
riora usque ad centrum intimum
in terra. Immo Sol omnia corpora-
lia instar vitri virtute sua pertransit, &
in illis absque ullo impedimento ex-
peratur. Sic eius vis penetrat totum
corpus maris, quasi vitrum absquidem
ullo obstacle usque ad imum eius
fundum. Sic totum corpus terræ
vndique poris plenum soli permea-
bile usque ad intimum circuli sui pun-
ctum. Sic Sphæram aeris, sic sphæ-
ras cœli sol adimpleret. Sic omnes or-
bitam regiohum ac paralum meha-
drangulos sua virtus complectitur,
perfluit atque possidet, sicut anima
Microcosmi suum corpus, & non
saltenti elementorum chaos ac cor-
pora, sed etiam omnes omnium ge-
nerationes seu substantias undequa-
que existentes, tam subtilem, quam
crassas

crassas tam leues, quam graves, tam molles, quam duras, metalla, monetas, lapides, gemmas, petras, faxa, ligna, & quicquid adest ubique, ita ut ad ipsum terrae centrum usque pertingat nec ibi cesset, ac deficiat eius vis & operatio. Ad solis enim virtutem penetratiū omnia corpora, quantumvis magna, crassa, densa, omnino sicut vitrum se habent. Et quamuis oculi nostri hanc virtutem solis tam presentem ingressuam, penetrante, subtilem & in omnibus agentibus non adeo expresse cognoscunt & vident, sed crassa corpora in oculis nostris semper sunt & manent crassa, tenebrosa, opaca, tamen respectu solis & ad virtutē solis omnia sunt diaphana, perspicua, & penetrabilia, quæ virtus solaris omnia protrudit, & producit in terra abscondata. Sic etiam aer talis est, qui cum ipsa solis virtute ad omnia corpora essentialiter ingreditur, omnia penetrat & adimpler. Vita enim rerum est igitur nullus ignis potest, vrere, id est vivere absque aere. Vbi canque igitur est vita seu ignis seu solis virtus, ibi

E 4 etiam

etiam aer est. Nam totus mundus quo-
ad animam, & corpus suum cum om-
nibus, quæ in eo sunt creaturis vna est
creatura per se vitumque animal, &
vivit sicut animal, habens in se spiri-
tum suum vitalem septimoda opera-
tione praeditum seu diffusum in se-
ptem Planetas, in omnes stellas, & in
omnia elementa, clementorum ge-
nera, vegetabilia, mineralia, & anima-
lia. Elementum ignis habet suam of-
ficinam seu sedē in corpore solis Pla-
netarum & omnium stellarum; in isto
igne habitat phœnix mundi sive ani-
ma mundi, quæ operatur omnia, &
est lumen naturæ Vulcanus cœli Ar-
chæus naturæ.

Aer est etius respiratio & balsamus

Aqua est etius sanguis

Terra est etius caro,

Similiter etiam se habet in mundo
minore, id est, in homine qui quoad
animam, & corpus (præter formam)
per omnia respondet mundo maiori,
tanquam filius suo patri, quia ex illo
sumptus, & in illum positus.

In corde est sedes sive habitacu-
lum

lum animæ parui mundi seu spiritus fiderei , cuius virtus , vita , motus , natura , vis , operatio , subinde excun- do sese diffundit in reliqua , seu prin- cipalia membra Microcosmi : Cere- brum , Hepat , Pulmonem , Fel , Lien , Renes , & subinde in vniuersum cor- pus in omnes musculos , venas , net- uos , partes , & extremitates totius Microcosmi . Atque sic yniça illa ani- ma in corde residens totum corpus portat , gubernat , agitat , ducit , mo- uet , secundum naturam & propriè- tatem horum septem principalium membrorum , per quæ corpus facit o- mania opœcasua , tam artificiosa & sub-tilia , quam simplicia , & rudia ; sicut an-ima Macrocosmi in septem gubernato-ribus sui corporis , & reliquisque stellis laborans omnia creata produ- cit .

Quoad concordantiam igitur he- rum septem gubernatorum Planeta- rum , Astrorum seu virtutum in ma- iore & minore Mondo : certum est , quod

1. Cor	{ In Mi- crocos- mo idem sic, ac va- leat, q.	1. ☽	{ In Ma- crocos- mo.
2. Cerebrū		2. ☽	
3. Pulmo		3. ♀	
4. Renes		4. ♀	
5. Fel		5. ♂	
6. Hepar		6. ♀	
7. Lien		7. ♂	

Quod Elementa vero habeant

1. Caro	{ Micro- cosmia- natoimi- am cū	1. terra	{ Macro- cosmi:
2. San-		2. aqua	
guis		3. aere	
3. respi- ratio		4. igne	
4. calor			

In carne enim Microcosm ilatet omnium vegetabilium, ex terra nascetur, essentia, natura & proprietas per totū corpus compacta & dispersa.

In sanguine existit mineralium, & metallorum essentia, natura & proprietas, ex aqua nascentium, per totā sanguinis regionem dispersa. In respiratione, sicut sedes est in pulmone, in viscerebus, & in renis, & in omnibus poris musculis, & cætera, est essentia, natura & proprietas omnium aerae rum

rum creaturarum, & per totum corpus dispersa.

Porro quoad concordantiam utriusque luminis, tam in maiore quam in minore mundo, sic res habet quæcumque homo in terris viues, primū theologie ab intra in corde speculando, meditando, scrutando, inquirendo, ex cogitando inuenit, & deinde per voluntatem seu desiderium suū liberum producit, conatur, tērat, instituit, erat, operatur, & ad praxim trāfert in quoq; genere sc̄iētiarū, artium, facultatū, &c. (excepta theologia, quæ non est inuentū humānum) studiorū, opificiorum, laborum, & negotiorū; siue ea ad bonum siue ad malum conferantur. Hęc omnipijs sub uno nomine comprehensa vocantur lumen naturae sive Astrologia, siue sapientia naturalis, ex cœlo naturali siue firmamento, id est, ex astris oriunda.

Ista sapientia, istudq; lumen est anima hominis in corde habitans, & agens, quæ si in virtute sua exaltatur sibi data, & per creationem insita, idem potest, (& plus) quod anima

natu-

naturæ in Macrocosmo, cuius sedes est in sole, quia homo Microcosmus est, & quinta essentia, ex Macrocosmo extracta. Cum vero omnes & singulæ scientiæ, artes, facultates, ordinæ, status, vitæ genera, & studia apud homines in terris vigentia orientur, & procedant ex interno inquisibili cœlo, firmamento atque astro Macrocosmi, & est extractū. (Nam habet singularē anatomiā, distributionem & conuenientiam ad officia & operationes, septem gubernatorum mundi ad extra) eos Planetas prout ordō istorum gubernatorū in firmamento cœli extantium, oculis nostris expositus est, enucleabimus.

Ac primo Saturnum supremam sphæram occupantem tractabimus, nimirum, quenam sit istius cœli, astri, vel sideris cum suis adiunctis stellis, Theorica, & practica apud Microcosmum, hoc est, quæ sit eius conditio, natura, proprietas, virtus & inclinatio, quid scientiæ, quid artis, & industrie, quid ordinis, quid studii, quid fortunæ, quid boni, & quid mali homines

hines ex illo hauriant, & in terris tra-
tent.

Ex quo patebit Saturnum non tan-
tum esse extra hominem in mundo
maiore, sed etiam intra hominem cu-
m omni suorum adiunctorum siderum
legione & inclinatione.

Deinde quomodo tota huius Pla-
netæ Astrologia, hoc est, natura, pro-
prietas, operatio in homine per exer-
citium sabbathi debeat theologi-
zari.

CAPVT VIII.

*De Astrologia Saturni, qualis ea sit,
quomodo debeat theologi-*

Zari. **b**

Saturnus, quoad descriptionem suæ.
Substantiæ & naturæ in Macrocos-
mo est vna ex præcipuis illis septem
stellis quas Planetas vocamus, siue
gubernatores mundi in regione æthe-
rea sub firmamento seu Zodiaco pro-
xime ambulans, & in certa sphera seu
circulo seu mansione ordinata, cuius
circuli ambitum spatio temporis 30.,

anno-

221

annorum, 12. signa cœlestia in Zodiaco extantia semel peragrando abfoluit. corpus eius ex elementis ignis ortum & illuminans: hoc est, souens, & gubernans terram, & quæ in terra, & quæ super terram sunt, & corpus igneum globosumque astralica eius vis; quæ est spiritus firmamentalis seu sidereus est inuisibilis. Ea autem natura & proprietate **Saturnus** ex prima creatione condonatus est, ut splendoris ac luminis sui virtutem atque operationem dimittat exeratque in suis subjectis, in quatuor elementis hic illic existentibus, ut sunt vegetabilia, mineralia, animalia, proprie, & in specie ad eum pertinenter, in quibus talem efficit, & fabricat natüram atque virtutem, quamcum ipse met in se habet. Subiecta autem sua **Saturnus** habet in omni genere creaturarum, sibi appropriata. Inter vegetabilia habet sua germina, suas herbas, suas plantas, suos flores, suas arbores; in quibus suo modo per influentiam suam operatur. Sic inter mineralia & metalla, item inter animalia,

lia, reptilia, crescibilia, iumenta, bestias, aquatilia, & volatilia. Tota enim creaturarum huius mundi Vniversitas cum ipsis nobis hominibus in septem genera vel ecclesias est diuisa, & in omnem regionem dispersa, quæ in virtutibus, ac proprietatibus suis naturalibus, tam internis, quam externis hisce septem gubernatoribus respondent. De Astronomica vero Saturni & reliquorum Planetarum conditione: Qualem scilicet, inter se habent motum, positum, cursum, quantitatem, distantiam, oppositionem, coniunctionem & huiusmodi alias dimensiones. Item de discrimine ponderum eorum in metallis, &c. nostrum ea hic tractare non est institutum.

De huiusmodi libris consule libros Astronomicos publice passim extantes. Item libros chymicos, & similes: Verum nos hoc potius tractamus & ostendimus, quomodo omnia omniū hominum studia & officia, vitæq; genera, originē suam ex astris habeat, & ad quem Planetarum vnumquodq; refe-

referendum sit. Deinde quomodo tota Astrologia debeat theologizari, hoc est, quomodo quilibet nostrum veterem illum hominem ex Astrologia factum debeat cognoscere, discernerere, odiisse, exuere, deponere, & abnegare cum omni sua sapientia, scientia, cognitione, prudentia, industria, arte, & quicquid homo ex naturæ donis habet, occupat, & possidet, & in abnegatione sui ipsius ac omniū, quæ habet tamen intus, quam extra, repuerascere ac infans, imo stultus fieri. Et nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, induere: in nouitate vitæ ambulare: mori peccato, & viuire iustitiae; cognoscere babyloniam illam meretricem, & eius bestiam, & præseruare se ab illa, cognoscere arborem vetitā, & comedere de arbore vitæ, transilire de natura in gratiam, noua creatura fieri, renasci, transplanari: septimum diem rite sanctificare & similia.

Hæc est huius operis nostri intentione, meta & finis. Saturnistæ igitur, vel Saturnicolæ, quorum animus, desideria

deria, voluntates, inclinationes, affectus, concupiscentiaz, voluptates, cogitationes, speculations, inventiones, actiones, & labores Saturno adscribuntur, quoad studium, & vitę genus, sunt homines in quibus est ac viet omnis generis scientia, & industria primū totius agriculturæ, vt sunt rustici, pagani, coloni, ruricolar. Item messores, trituratores, bubulci, subulci, pastores pecorum, frumentarii siue qui mercaturas ex frumentis, & leguminibus exercent. Item vinitores, qui vina colunt, hortulani, in summa, tota agricultura cum omnib. suis specieb. Deinde tota ars & scientia ædificatoria, sub qua omnis generis artifices & opifices comprehenduntur, vt Cæmentarii, lapidæ, fabri lignarii, scriarii, & in summa œconomie siue rei familiaris administratio cū parsimonia & frugalitate cōiuncta. Porro tota ars, & scientia metallica, quę docet tationem scrutandi & explorandi viscera terræ, effodiendique mineralia, metallæ, & opes irtamenta malorum, Thesauristæ, & quicunque ex

F terra

terra per labores manuum suarum vivum suum querere, & sumere videntur. Nec non Pannifices, textores linteaminum, sutores, sartores, charifices, homines solitarii, ut Monachi Eremitæ, hisque similes; Quoad animum & virtutem Saturnistæ sunt homines Auari, lucri cupidi, usurarii, fœneratæ, Iudæi, télones & publicani, Codri, tenaces, parce viuentes, Mammonistæ suis saltem propriis commodiis inuigilantes. Item fures, latrones, spe pseudomonetarii, licetores, pseudoiudices, carnifices, incantatores, & malefici, item homines natura austeri, morosi, tristes plus, quam laeti, cogitabundi, melancholici, phantastæ, multum silentes, tædiosi, infideles, sacrilegi, & quæcunque huiusmodi vitæ genera. Item: Φιλθεναι & laboriosi, negotiosi cum vi continue se volentes, macestantes, & defatigantes, & quod præterea his simile appareat. Quoad quantitatem corporis & mores externos, Saturnistæ sunt homines scacie & ætate confecti, tam viri, quam mulie-

mulleres, canitie obducti, corpore gracili, & macilenti, rara barba, oculis profunde in capite iacentibus, forma neglecta, minusque spectabili, semper torue videntes *ἀνοχάσοι*, claudicantes, mendici, valetudinarii, &c. Hæc hominum studia, & vitæ genera omnia atque singula, ut passim inueniuntur, & videntur inter omnes nationes, populos, gentes, & totius orbis terrarum ad Saturni cœlum, regionem, dominium, naturam & inclinationem referuntur. Omnes, inquam, huiusmodi homines cum omnibus suis studiis, & vitæ generibus, tam honestis, quam inhonestis, tam bonis, quam malis, tam priuatissimis publicis, Saturnicolæ sunt, eo quod in tractatione Saturni, hoc est, in natura luminis Saturni exhaustiæ opera, & tempus suum collificant. Et ea quæ Saturni sunt in naturalibus rebus diligenti studio, & inquisitione eliciunt, scrutantur, producunt & manifesta faciunt. Omnes horum hominum industriae inventiones, artes, actiones, & labores

omni tempore processerunt, & adhuc procedunt ex interno inuisibili, quod est in Microcosmo, & sunt partes luminis naturæ in quo homo ambulat, siue bene siue male, siue honeste siue turpiter pro diuersitate flexibilis suæ voluntatis, ac desiderii, tam ad bonum, quam ad malum.

Versantur igitur hi homines omnes circa subiecta Macrocosmi externa, sine quibus vanus esset luminis naturæ vigor, conatus. Tendit enim omnis actio Microcosmi ab intra in substantiam Macrocosmi ad extra. Ibi enim hominis opera perficiuntur. Quia homo scientiam quidem laborandi, & colendi terram, agros, domos exstruendi, metalla querendi & tractandi, &c. in se habet ex lumine naturæ. At subiectam materiam & instrumenta in se non habet. Sunt enim ea ex Macrocosmo, & perficiunt opus suum per lumen naturæ impentum & excogitatum. Sic nunc omnia opera hominum externa ab intra ex inuisibili astrorum internum subinde per cogitationes & imagina-

ginationes ascendentium & emicantium reuolutione orientur, & per extēnas operationes ac labores perficiantur, possumus ex quo quis opere hominis videre, & cognoscere constitutionē cœli interni, qualem quisque artifex habuerit positum, quales ascendentēs, quales motus, constellationes, & inclinationes, ubi mirum est, videre luminis naturalis varietatem. Hinc, quo maius artificium in externis operibus apparet, eo maior & perfectior ab intra fuit constitutio & influentia, cœli interni apud hominem artificem. Sciendum igitur est omnem cuiusque scientiæ, artis, & facultatis speciem esse singulare sidera, astrum, inclinationem & influentiam è cœlo interno ascendentem, & speciatim in hominē lūcentem, agentem & operantem. Omnes igitur Saturñistarum cogitationes, imaginationes adinuentiones, cupiditates, stolidia, & intētiones, siue ad bonum siue ad malum flexæ seu inclinatæ sunt astra siue sidera ex cœlo interno adscendentia, ut sint op-

ratio Saturni in anima Microcosmi
 cum suis sibi conuenientibus astris,
 in quibus cogitationibus & operatio-
 nibus callidus ille serpens (quem fere
 nemo hoc nostro seculo nosse vide-
 tur) potens est, & dominatur per li-
 centiam à Deo sibi permisam, ten-
 tandi & probandi hominem in me-
 dio positum per ista luminis naturæ,
 & rerum huius mundi delectamenta,
 amorem & desiderium, concupiscen-
 tiāque eius à bono ad malum, à
 Deo ad creaturam, ad quam homo,
 (prohdolor) nimis est proclivis &
 promptus. Innumera sane & infini-
 ta est multitudo hæc hominum in
 terris degentium, qui in hac Astrolo-
 giæ specie seu praxi reperiuntur. Est
 enim (quod mystice dictum volu-
 mus) vna ex septem illis Ecclesiis si-
 uie generationibus mundi, siue po-
 pulorum reginæ cœli inseruentium
 siue babyloniam meretricem vene-
 rantium & colentium, & bestiam
 septem capitibus, decemque corni-
 bus preeditam adorantium, Et hic
 est sensus qui cum sapientia dormit,

id quod ex sequentibus melius patet.

Iam sicut cœlum externum in Macrocosmo semper, & subinde perpetuo motu voluitur, & circumgyratur, in quo sunt alia atq; alia semper ascendentia, semperq; descendenta fiderata ut perpetua sit mutatio, & vicissitudo actionum naturæ laborantis in mundo maiore, vbi nunc est hiems, nunc Ver, nunc Æstas, nunc Autunus, nunc dies, nunc nox, nunc serenitas, nunc tempestas, nunc pīx, nūc pluviæ, nūc venti, nunc procellæ, nūc hoc, nunc illud, &c. Quæ omnia sunt astralicae operationes cœli Macrocosmi. Sic etiam talis est cursus, vicissitudo, motus & reuolutio siderum, subinde adscendentium & descendéntium in cœlo siue anima mundi minoris, hoc est, anima siue spiritus Microcosmi fidereus, est spiritus inquietus, in quo semper mouentur, excitantur & sentiuntur adscendentes cogitationes, nouæ cupiditates, varia desideria nunc hoc, nunc illud, nunc sic, nunc ita volentia, nolentia, nunc

F + læta.

Iætamur, nunc tristamur, nunc his
nunc illis occupati sumus negotiis, &
laboribus, quæ omnia nihil aliud sunt
quam Astrologiæ Microcosmiciæ o-
mnibus nobis pie eisdem uti volenti-
bus theologizandæ: Quomodo au-
tem, & quare Astrologia Saturni in
homine debet theologizari? Respon.
Si tu me rogas. Quare & quomodo o-
mnis scientiæ naturales ad Saturni A-
strologiam pertinentes, vna cum o-
mnibus vitæ Saturninæ generibus, de-
beant, ac possint theologizari.

Ego te vicissim rogo, vt dicas mihi
causam, quare secundum illud Dei
præceptum sex diebus debeamus la-
borare, & opera nostra confidere. se-
ptimo autem die sabbathum sanctifi-
care, vel quare non possimus intrare
regnum Dei, & beatitudinem non
possidere in vita æterna, nisi fuerimus
conuersi, & sicut infantes efficiamur.
Hæc enim omnia vnam & eandem
habent rationem atque causam, ad v-
num tendunt, vnum volunt, ad vnum
spectant. Responsio igitur est. Ideo
debemus Astrologiam theologizare,
ideo

ideo debemus sex dies laborare, & se-
ptimum sanctificare, ideo debemus
conuerti, & sicut infantes fieri, quod
ad possessionem siue acquisitionem
regni cœlorum non nisi omnino no-
ua creatura requiratur, nouus homo
de cœlo, de supernis regeneratus, re-
natus ex semine immortali, non vetus
homo ex terra, terrena quaerens, ter-
renis inhians, terrenis gaudens, terre-
nis occupatus, delectatus, terrena a-
mans, possidens, sapiens, non inquam
talis, verum ut iam diximus homo de
supernis renatus, quaerens ea, quæ sur-
sum sunt, nō quæ deorsum, non ex vo-
luntate carnis, neque ex voluntate vi-
ri oriundus, sed ex Deo. Quæ melius
autem à rudiorib. intelligamur tracta-
bimus primum paucis in genere, quid
sit Astrologizæ theologizatio, postea
aggrederemur nostrum Saturnum, cū
suis professionibus & facultatibus, v-
bi oculariter demonstrabimus, quod
in sola Astrologizæ theologizatione,
quaerenda, & inuenienda sit ianua pa-
radisi ad vescendum ex arbore seu li-
gno vite, quæ est in medio paradisi,

F s item

item, quænam sit angusta illa porta,
 quæ dicit ad vitam, quam pauci in-
 ueniunt, & spatiofa via abducens in-
 exitium, quam multi ambulant. Item
 quæ sit babylonica illa metetrix cum
 qua omnes mundi populi scortantur,
 &c. & plurima eaque maxima myste-
 ria theologica hic intelligentibus o-
 stendentur, quæ alias ab omnium
 mortalium oculis abscondita sunt, &
 manent. Astrologiam igitur theolo-
 gizare nihil aliud est, quam sex dies
 laborare, & septimum sanctificare,
 hoc est, à labore quiescere seu desiste-
 re, & in Deo cum spiritu, anima &
 corpore seruari, id quod Deus pater
 populo suo in veteri Testamento per
 legem serio demandauit his verbis,
Recordare diei sabbathi ut sanctifi-
ces illum, sex dieb. operaberis & faci-
es opus tuum, at die septimo, sabbati-
thum erit Dominino Deo tuo: non fa-
cies ullum opus, neque tu, neque fili-
us tuus, neque filia tua, neque seruus
tuus, neq; ancilla tua, neque animal
tuum, neque peregrinus tuus, qui est
in portis tuis, sex enim diebus fecit.

Domi-

Dominus cœlum & terram, & mare,
& quæcunque in eis sunt, & requieuit
in die septimo. Idcirco benedixit De-
us diei sabbathi, & sanctificauit: item
sex diebus facies opera tua, die autem
septimo quiesces, ut conquiescat bos
tuus & asinus tuus, & respiret filius
ancillæ tuæ, & peregrinus. Et in om-
nibus, quæ dixi vobis, cauti eritis (ni-
mirum propter serpentem.) Item ob-
serua diem sabbathi, ut sanctifices eū,
ut præcepit tibi Dominus Deus tuus:
sex diebus operaberis, & facies omne
opus tuum, die autem septimo, erit
sabbatum Domini Dei tui. Etiam si
autem hoc mandatum Diuinum de-
labore, & requie saltem corporali, &
externa ob reficiendas corporis vires
apud vulgus visum fuerit, & adhuc vi-
deatur dictum esse, attamen ii quibus
tam inter Iudæos quam Christianos
datum est nosse & intelligere myste-
riamentis Dei, eiusque rei, ii, inquam
longe profundiorem ac potentiorem
huius præcepti de sabbatho sanctifi-
cando cognoverunt causam atque
rationem.

In

In nouo Testamento Astrologiam theologizare est iuxta doctrinam Prophetarum & Apostolorum accipere regnum sicut puer aut infans, renasci de supernis, renunciatis & reliquis omnibus, abnegare seipsum, & querere regnum Dei, quod absconditum latet in nobis, tanquam thesaurus in agro. Labores sex dierum sunt omnes actiones, operationes, studia, officia, negotia, & occupationes omnium hominum in vniuersa terra, & in omnibus insulis & in omni mari, & per omnes ordines, status & vitæ genera. Quicquid vbique omnes homines omni tempore agunt, student, tractant, operantur, faciunt, hoc faciunt per lumen naturæ iuxta suas diuersas scientias. Pars autem septima ex iis laboribus, studiis & actionibus hominum refertur ad Saturnum, cuius species supra recitauimus. Porro sanctificatio sabbathi die septimo diuinitus ordinata & hominibus demandata est feriari semel in septimana ab omni opere & tractatione rerum naturalium, & studiorum

rum actualium, desistere ab Astrologica vita, hoc est, deponere omnem modum & actionem tam animi, quam corporis per absolutam abnegationem & obliuionem vniuersae creaturæ & sui ipsius tam intus, quam extra, totum se Deo tradere, & offerre cum omnibus, quæ sumus, quæ in eis diebus cognouimus, studuimus, acquisiuimus, & lucrati sumus per labores nostros tam in donis sapientiæ internis, quam in rerum externalium comparatione. Et huc & in hoc centrum tendit Diuinum mandatum de sanctificando sabbatho, ut ex sequentibus iucundissime patet,

Cap.

Declaratio specifica, quemadmodum Astrologia Saturni in homine debeat ac posse sit theologizari.

Postquam hactenus audiuimus, quod omnes omnium hominum scientiae, actiones, studia, & vitæ status ineuitabili quadam ex necessitate, debent theologizari, siue per exercitium, atque sanctificationem sabbathim mentalis deponi, abnegari, exuiri & pro nihilo reputari, volumus iam speciatim videre, quomodo Astrologia Saturnia nobis theologizanda sit: siquidem infinita est horum multitudine Saturninam saltem Astrologiam tractantium, & exercentium.

Statuimus autem primum in Paradoxico quodam sensu, hoc est, supra communem vulgi intellectum, quod nullus unquam agricola, colonus, villicus, hortulanus, Olitor, vinitor, œconomus, ædificator, metallicus, fidelius, textor, sartor, futor, & cæteri, secundum Dei intrare, & ad vitæ cœlestis

lestis possessionem peruenire queat,
nisi cœlum suum Saturnium cum o-
mnibus suis ascendentibus stellis di-
scar propellere, potestati suæ subiice-
re, & omni eius inclinationi per in-
stinctum serpentis ad malum ten-
denti resistere, illi dominari, eamque
vincere: Dii boni dicet hic ignarus ex
instinctu serpentis, qualis hæc est tuæ
Astrologiæ theologizatio, quam tu
hic tractas?

Quis mortalium credere potest,
hominem agricolam, villicum, cœco-
nomum, vinitorem, figulum, metalli-
cum, mechanicum, fabrum, &c. non
posse esse futurum hæredem & pos-
sessorum regni cœlestis? contemnen-
dumne & omnino reiiciendum est
lumen naturæ, cessandumq; ab omni
labore? Nihil ne prorsus debemus fa-
cere, operari, studere, discere, scruta-
ri, sed plane otiosi esse?

Vnde victum & amictum cæteraque
necessaria ad vitæ sustentationem
accepturi sumus? Cum nemo ex iis
ad salutem æternam possit pertinge-
re

te, quicunque occupati sunt supradictis studiis, laboribus & operibus. Mirabilis sane & à veritate aliena videtur esse huius libri sententia.

Respondeo : Hæc non nisi ignorantibus mira videntur & obscura, à veritate autem ne latum quidem unguem aliena. modo recte intelligantur & accipientur. Nihil enim tam bene & veraciter potest dici aut scribi, quod per rudiiores & minus intelligentes non queat in dubium vocari aut etiam promendacio aestimari. Verum lectio lecta placet, decies repetita placebit.

Ecce hæc est nostra sententia.

Si tu es agricola, colonus, villicus, & economus, hortulanus, olitor, vinator, figulus, metallicus, faber lignarius, ædificator, aut alio quodam vitæ genere simili occupatus, tunc constitutus es, & ambulas in sphæra Saturni & regeris ab astris q̄ in te sunt Saturnini in imaginatione, cogitatione, & sensib. tuis subinde orientib. tibi dominantibus, huc illuc te inclinantib.

prout

prout voluptas tua peregrinatur te trahit, & serpens internus tibi suus det. Iam nisi tu ut sapiens cautus fuoris, & attentus, & astris tuis in te curserentibus, & operatibus dominaberis siue Astrologiam tuam theologizabis h.e. nisi tu disces sabbathizare, & ab omni opere cessare, ac feriari die Dominico secundum scriptum, & sensus precepti Diuini: impossibile tibi est & manet omnino vlo modo intrare regnum Dei & peruenire ad salutis eternae possessionem. Manifestissimum enim liquidum tibi faciam, quod nullus unquam agricola, villicus, rusticus, economus, metallicus &c. intrare potuerit regnum Dei, qui sanctificatio ne sabbathi neglecta & omessa, ex hoc discessit mundo. sed recte velim hoc accipias.

Mea est sententia, nullum Sacramentum, quales sunt iam recitati, regnum cœlorum posse ingredi, sed oportere eum penitus conuerti, ut sicut infans efficiatur, tum demum idoneus est regnum Dei capere, intrare, & possidere, non quidem ut agricola, villicus,

G econo-

~~œconomus, ædificator, vinitor, ol-~~
 ter, metallicus, sigulus, quia huiusmodi opificibus, ibi nihil tale agendum est. Sed fac sis, ut puer, ut infans, ut noua creatura, ut filius Dei, nemo enim adscendit ad cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius Dei qui est Christus. Quotque autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, Iohann. i. Recipere autem Christum requiri pœnitabilem depositioinem & mortificationem, immodestum & vesterum veteris creaturæ, veteris hominis externi, cœtati, & renascenti amoris de supernis, unde Christus oriundus est. Rationes igitur & causæ propter quas agricola, villicus œconomus, ædificator, metallicus, sigulus, textor, &c. non possit venire in cœlum, sunt haec.

Prima, quia in cœlesti paradiſo, seu regione cœlorum non sunt agri, nec boues, nec aratra pro agricultis, nec villæ & rura pro villicis, nec domus & promptuaria pro œconomis, nec lapides, nec ligna pro ædificatoriis, nec vineta & bidentes pro vinitoriis,

bus,

bus, nec horti, herbae, plantæ, semina, pro olitoribus, nec montes metalliferi pro metallicis, nec lутum & argilla pro sigulis, nec linnum & lana pro textoribus, &c. Ergo ibi non est opus ullo agricola, & conomico, & difificantore, metallico, figulo, textore, nec illi qui ibi habitaturi sunt indigebunt eiusmodi scientia, & industria. Hæc enim omnia sunt & reperiuntur sub Zodiaco in hoc mundo corruptibili, ubi in extremo die, una vice simul & semelcum mundo tollentur & cessabunt.

Quatenus mihi agricola, tuus ager, tuus bos, tuumque aratum post extreum diem ad cœlestē regnum trāsportabitur, eatus tu ipse etiam cum tua scientia & industria post hanc vitam regnum cœlorum intrabis, hoc est, nunquam. Exuas igitur veterem hominem terrenum & naturalem, cum omni sua scientia, prudentia, calliditate, qua usus es in tractatione rerum naturalium & inde nouum hominem illū, qui solummodo cœlestia sapit, & appetit, & ad cœlestia te perfacit,

per exercitium veri sabbathi in spiritu mentis tuæ singulis septimanis habendum. Et quatenus mihi vinitor tua vinca, tuusque bidens in regno cœlorum post extremum diem inuenietur, etenus etiam tu cum tua scientia & industria vinitoria ibi comparebis, hoc est, Nunquam. Vetera enim omnia tunc transferunt.

Et quatenus mihi Oeconomie tua supplex & promptuaria in æterno regno post deletum mundum reperiens, etenus etiam tu ipse ibi aderis cum tua scientia & industria domesticæ parsimonias, hoc est, Nunquam. Non enim talia acturi sumus ibi, qualia hic solemus, & quatenus mihi Hortulane, mihi Figule, &c. tua olera, herbas, plantæ, arbores cum horto; tuumque lutum & argilla post deletum mundum remanebunt, & in cœlum perpetuum transferentur: etenus etiam tu ipse cum tua scientia, & industria plantatoria, & sigulina ad cœlestem mansionem promovereberis, hoc est, Nunquam. Deficientibus igitur subjectis, & materia, quid tibi

tibi scientia prodeffet? Sic se etiam
res habet cum omnib. reliquis Scien-
tiarum, & artium generibus ad Satur-
ni Astrologiam pertinentibus, ut sunt
Metallici, Cæmentarii, Lapide, Fa-
bri ferrarii, & lignarii, omnisq; gene-
ris Mechanici, Carbonarii, Frumen-
tarii, messores, pastores pecorum,
pannifices, textores, sartores, sutores
& similis. Omnes hi materiali & sub-
iecta sua, circa quæ versantur, & qui-
bus occupati sunt, habent extra se in
Macrocosmo, quo dempto, & subla-
to omnia illa erunt adempta & subla-
ta. Sapientiam vero, industriam, ar-
tēm & intellectum opera sua rite in-
stituendi, tractandi & perficiendi ha-
bent intra se in anima sua, in qua est
lumen naturæ, quæ anima, quod lu-
men nihil aliud sunt quam cœlum, &
firmamentum astralicum in Micro-
cosmo, Vbi singula, scientia, ars & o-
pificium, suum peculiare habent si-
dus cum ascendentibus siue conve-
nientibus. Hæc igitur scientia, & ope-
rario semel in septimana est deponen-
da & extensa, & sabbathizandum in

Dico, ut Deus suum in nobis opus agat & operetur, nimirum opus nostrum conuerthendis, purificantibus, emendationis, renascentia, & noua creationis, ut siamus idonei ad regnum cuius post mortem, atque resurrectionem ingrediendum. Deinde etiam hanc ob causam nullus ex supradictis regnum cœlorum videre intrare possidere potest, quia talis opitex natura saltem ex carne, & sanguine, & est creatura ex terra, ex hoc mundo, & est filia firmamenti, proles naturæ. Et quoniam uis in rerum naturalium cognitione excellit, tamen opus eius scientia & dogma cum vita corporali finem sit sumptuosa, oportet esse hominem novum, ex DEO renatum, regeneratum, nouam creaturam, qui cœli capax esse volat, Nihil enim terrenum potest capere & possidere cœlum, ergo nemo corruptus hactenus recitauimus, & in sequentibus recitatur summus, & perueniet, nisi conuertatur, & fiat secundus infans, qui horum nihil novit. Num non aliud cœlum futurum est,

D G

&

de nobis tanta. Venerabat si seruit, ius
quit ille, qui facit omnia nostra. Apocalyp-
sis. Omnia nostra facta sunt. Nouū
itaq; cœlum nouos requirit incolas;
sive idoneos & sive capaces. sicut enim
homo primus ex veteri cœlo, & ex vio-
teri terra recreatus est, & ex semine
mortali natus, in qua scire tempora:
liter habitar, sic cum quoque eportet
ex illo novo cœlo & ex illa nova terra
creari, & ex semine imortali renasci
begenerari in qua terra vnde eternali-
ter esse & inhabitare.

30 Tercia ratio est, quia lumen naturae
cum omnibus scientiarum suarum ge-
neribus ad hanc saltem ritardatum
est homini; ad colendam terram ad
labores manus suarum, ad mandu-
candum partem suam in sudore vul-
nus sui, & spectat saltem ad sustentan-
tiem viae naturalis, & temporalis
in corpore mortali degente. Mortuo
autem corpore, & delecto mundo, tale
nihil remenat: non rigitur opus habe-
ndus frumentis, vincis, ædificiis, cen-
toriis, domibus, vestibus, cibis, ideo
nec scitaria & studio comparandi.

& laborandi talia. Cessante causa co-
fice effectus.

Quarta ratio: Quia homo finaliter
non conditus est propter hunc mun-
dum, aut propter ea, quæ hoc in mun-
do sunt, sed præcissimum propter re-
gnum Dei, ubi nihil horum experitur
aut in usu est, quæ hac in vita perdi-
uersas lumines paturæ officiis apud
homines passim aguntur & tractan-
tur.

Quinta: Quia homo propterea ad
tempus hunc in mundum constitu-
tus est, ut ex inferioribus ascenderet
& aspiraret ad superiora, h.e. ut ex sa-
piencia seu humore naturali, râquam
ex speculo seu umbra discat cognos-
tere, & apprehendere lumen, & sa-
pientiam coelestem, ad cuius mai-
estatem & gloriam omnia naturalia,
quæcumque gloriosa, plane euane-
scunt & annihilicantur. Atque ita reli-
cta luce inferiori & minore arripiat,
& prosequatur lucem maiorem, &
superiorem. Et discedens ex hoc
mundo transitorio relatis ac proximis
hilo reputatis omnibus, quæ hoc in-
tem-

tempore ex mundo accepit, & habuit,
& possedit, abnegatoque seipso
tanquam nudus, & recens infantulus
in veram illam & perpetuam patriæ
æternæ mansionem, atque regionem
demigret. Atque sic eo veniat ie-
iunus & euacuatus ab omni naturaliſ
ſcientiæ profeffione, quæſi omnino
nunquam in hoc mundo fuiffet, ac ne
minimū quidem huius mundi ſtat-
tum cognouifſet.

Hæc autem non in eum finem pro-
ponuntur, & ſcribuntur, ut cedant in
contemptum philoſophiæ vel ſcie-
tiarum, artium, Facultatum naturaliſ-
tum. Quæ ſunt & Vigent apud homi-
nes, & quæ in hac vita non poſſunt
non effe, ſed potius, ut nos fratelli luminiſ
nisi naturæ sagacitatè, ulterius ducai-
mur, progrediamur, & excitemus ad
cognitionem malotis illius luminis,
quod nobis renaſcentiam, vitam & ſa-
lutem æternam conſerre poſteſt. Ol-
linibus enim regni Dei cupientibus,
& defiderantibus, exuendus eſt vetus
ille homo, ex natura factus, & depo-
nendus, immo in absolutam abnega-

G 5 tioneſ

tionem, & obliuionem, tam simplicius quam omnium eorum quæ habuit; possedit, statuit, cogitauit, didicit, sepeliendus & induendus nouis ille, qui secundum D E V M creatus est, ubi non est Iudæus, neque Græcus, neque mas, neque fœmina, neque liber, neque seruus, sed creatura noua, ad possidendum, inquam, regnum D E I, noua requiritur creatura, in qua nihil ex veteri, fermento sit residuum. Vetus fermentum, scientia est boni & mali ex arbore yegira, homini oborta & prudentia, siue calliditas serpentis, Nouum vero fermentum est sapientia coelestis, simplicissimæ columbae, ex qua sola fluit vita, & beatitudo vera, & quæ etiam sola dominabitur in electis regni D E I heredibus, naturali illa semel absorpta, delecta, & exercita.

Taliū enim modo est regnum cælorum, qui ex veteri creatura sunt conuersi in nouam, & sicut infantes

fantes facti, qui nec bonum, nec
malum unquam cognoverunt. Mat.
thai decimoctauo, & Iohann-
nis tertio.



F I N I S.



Digitized by Google

estates fifty, and the poor man, who
is always here with his wife and children, Mr.
John de la Poer Geoghegan, of Tiverton,
England.



Digitized by Google







